



**L. Fenestellae De sacerdotiis, magistratibusque romanorum libelli duo, antehac depravatissimi, nunc autem correcti et restituti, at[que] scholijs illustrati,**

<https://hdl.handle.net/1874/452976>

# MATTHIAS<sup>3</sup>

BREDEBACHIVS KERSPENSIS,

clarissimo viro M. Godefrido Hittorpio,

cuius & bibliopole Coloniensi, S. D.




ANTE annos aliquot, amicissime Hit-  
torpi, incidi in lectionem L. Fenestel-  
lae de sacerdotijs ac magistratibus  
Romanorum. Quod argumētum ita  
mihi tum arridebat, ut illiberale pu-  
tarē, nobilem illum antiquitatis the-  
saurum, illas fulgentissimas gemmulas mihi soli re-  
condere, ac ueluti in arcā abdere, ut tenebris situq;  
obductæ marcescerent, ac non potius proferre in lu-  
cem, quo latissimo suo splendore, alijs quoq; honestæ  
aliquid, adeoq; beatæ uoluptatis adferrent. Nō quod  
libellos ipsos non liceret etiam tum uel cuiuis legere,  
quippe iam olim publicatos, & à plurimis uisos le-  
ctosq;: sed quod meæ quoq; lectionis fructum (si modò  
is ullus esset) aliquem studiose iuuentuti, cui iam tum  
ab adolescentia mea, me meaq; omnia consecrauerā,  
cuperem communicare. Videbam enim q; multa in il-  
lis essent libellis, imò quam omnia & cognitu utilia,  
& memoratu iucunda, deniq; ad intelligendum uete-  
res tum historicos tum poetas, scitu necessaria. Præ-  
legebam autem tunc forte iuuentuti suetonii Trans-

## PRAEFATIO IN LIBEL.

quillum, historicum sanè ut succinctum & graue, ita non temere à quo quis intellectum, & apud quem harū rerum, quæ hisce continentur libellis, plurima sit mentio. Quamobrem placuit illi prelectioni horis succisiū adiungere hunc Fencstellam. Quod quum cœpisse, cogicerq; iam singula, uti interpres, penitus in tropicere, excutereq; diligentius, (nam antē utcunq; percurreram) tantum offendī mendorum, ut nihil ferre in ambobus libellis integrū. Hic uidere erat uerba inuersa, ibi nonnulla plane omissa: alibi genuinis deperditis notha subdita, alicubi integros uersus, eosq; aliquā multos, aut in totum periisse, aut in locū alienū translatos, aut tam mōstrose laceratos deformatosq; ut neq; caput, neq; pedes agnosceres. breuiter, omnia depravatissima corruptissimāq;. Cōserat, qui uolet, exēplar quod nos hic damus, cūm illis quæ antehac prodierunt in publicū: & uidebit me adeō hic nihil affingere uero, ut multo etiā minus re ipsa dicam. Quid igitur facerē? Ab incepto desistere prohibebant tum pudor, tum ingens rerum, quas libellis contineri uidebā, utilitas: pergere aut & quod proposueram persequi, non sinebant illæ salobræ, illæ spīnæ, illi uastissimi ueluti foucarum hiatus. Quid multis uidebar mihi plane lupum, quod dicitur, auribus tenere. In hoc biuto quum aliquā diu deliberabundus resisterem, tandem animaduertere cœpi uestigia quæ adam scriptoris, quibus insistes ueluti indagine depre-

*Salobræ, spīnæ, illi uastissimi ueluti foucarum hiatus. Quid multis uidebar mihi plane lupum, quod dicitur, auribus tenere. In hoc biuto quum aliquā diu deliberabundus resisterem, tandem animaduertere cœpi uestigia quæ adam scriptoris, quibus insistes ueluti indagine depre-*



hendi, unde ille has opes comparatas nobis aduexit.  
 Hic mihi resurgit propemodū collapsus animus.  
 Erigor in bonam spem, ab illis ipsis à quibus hic no-  
 ster omnia acceperat, recuperandi, quicquid portito  
 rum uestorūm ve perfidia perierat. Ad hoc iam ultro  
 properantē extimulauit, adeoq; adiuuit uir antiquae  
 lectionis studiosissimus Iohannes Camers, ueluti digl-  
 to indicas quos requirebam, mihi nōdum omnes tam  
 intime notos, sed quosdam eorum duntaxat à limine  
 aliquando salutatos. Hoc adjicio, ne quid illum meri-  
 ta laude fraudem. Accingor itaq; bonis cuius ad re-  
 parandum nobis in integrum Fenestllam, temerario  
 fortassis ausu, quippe nullis prorsus adiutus exēpla-  
 ribus, sed tamen euentu, ut confido, haud omnino in-  
 felici. Reuolutis enim scriptoribus, è quibus hic oīa  
 sua sumpsit, multa etiam ad uerbū descripsit, illa dis-  
 torta, illa euersa, illa hiulca, illa collapsa, confusaq;  
 ita correxi mus, restituimus, compleuimus, suum cui-  
 q; ordinem locumq; reddidimus, ut merito non tam  
 castigatus, q renatus uideri queat Fenestlla. Quan-  
 quam uero amplissima, ut æquum est, gloria redit ad  
 librorum scriptores, ad eos uero qui corruptos, de-  
 prauatos, perditosq; restituunt, ferè nulla: tamē hoe  
 uel iniquus ipse liuor fatebitur, multo grauiorem es-  
 se malestioremq; labore tam perditos restituendi,  
 quam nouos scribendi. Gignunt uel quiyis, morbos  
 autem non nisi medici curant: extinctos autem in ui-

## PRAEFATIO IN LIBEL.

tam reuocare, planè diuinæ uirtutis est. De Fenestel-  
la nihil habebamus præter exanime cadauer. Quid  
enim aliud est liber adeò corruptus, ut nullus ī eo ap-  
pareat sensus? Hunc nos non tantum ab inferis in lu-  
cem, ex morte in uitam reuocauimus, sed adiectis eti-  
am, loco antidoti, scholijs, hoc effecimus, ut posthac  
uerius feliciusq; uiuat: necnō tutior ab istiusmodi ca-  
sibus, armatiōrēq; aduersus illorum latrunculorum, à  
quibus tam crudeliter fuerat dilaniatus, assultus. Sic  
olim Mercurius Vlyssēm dato moly à uenenatis pocu-  
lis Circes seruasse legitur. Vbi manifestus erat er-  
ror, neq; obscurum quid scripserit Fenestella, conten-  
ti suimus, reiectis nothis, restituere genuinam scriptu-  
ram. Vbi uero uel ipsi dubitabamus, uel indoctorum  
calumniam sinistrasq; cēsuras metuebamus, adiecio  
scholio nunc mendose scripti mutati rationem reddi-  
dimus, nunc relicto quod scriptum inuenimus, indica-  
uimus quid nobis uideatur legēdū: multa etiā que ru-  
dē lectorē remoratura uidebātur, explicuimus, idq;  
hoc nostro labore cōsecuti uidemur, ut q antehac ne  
ā doctis quidem sit intellectus, hodie uel à pueris intel-  
ligi queat. Hoc qcquid est operæ, Hittorpi, tibi dedi-  
co, tum propter tua in me multa magnaq; beneficia,  
tum uero quòd tu unus mihi autor extiteris hocce lu-  
cubratiunculae publicandi, alioqui mihi meisq; audi-  
toribus pressuro, donec doctior aliquis, et cui ocū  
effet, felicius hęc præstaret. Nam mihi tantum quoti-

die negotijs facebat schola, ut ad alijs ne respicere qui  
dem satis uacet. Nouerunt qui experti sunt, quid sit  
tantam iuuentutem retinere in officio, ne in omne fla-  
gitiorum genus diffusat, præsertim hoc tam flagitio-  
so seculo, ut interim grauiissimos docendi labores ta-  
ceam. Atq; hoc ipsum in causa fuit, quo minus citius  
apud te fidem meam redemerim. Nunc quod damus,  
etiam si serius damus quam eramus polliciti, tamen  
pro summa tua humanitate boni consule. Quod ad  
scriptorem attinet, monuit ante nos Valentinus Gu-  
rrio typographus Basileensis, hunc Fenestellam non es-  
se nobilem illum historicum, qui subinde citatur à Pli-  
nio, Plutarcho, atq; Liuio: id quod euidetius est, quam  
ut argumentis docendum sit: quum hic bonam partē  
eorum quae scripsit, ex illis sumpserit, ipsosq; nomi-  
natim citet. Certum est, fuisse recentiorem aliquem,  
uirum doctum, & antiquitatis studiofissimum. Hoc  
præter cetera etiam stilus prodit, si quando suo uti-  
tur: nam ferè illorum utitur uerbis, è quibus ea que  
habet, collegit. Suspicio libellos olim alicubi in bi-  
bliotheaca repertos, & argumenti nobilitate utilita-  
teq; uehementer quidem probatos, sed autorem habu-  
isse nullis alijs scriptis celebrem. Librarios itaque,  
quo uendibilius esset merx, deleto ueri autoris no-  
mine, scripsisse, Lucij Fenestellæ, quod hoc nomen &  
antiquum esse scirent, & celebre. Huiusmodi te-

et hinc id hominum genus semper calluit, neq; adhuc  
dedidicit. Hoc infinitis exemplis doceri posset, ceterū  
nihil opus est, quodā iam ubiq; à doctis prodantur. ne  
q; mei est instituti cum illis de hac minutia rixari, q;  
sciam me hic nihil aliud, quam quod Græcorum pro  
suerbio dicitur, ἀγριαλη λαλεῖν. Porro cuiuscunque hi  
duo libelli sint, certe docti uiri sunt, digni qui omni-  
um studiosorum manibus terantur. Quare nos eos  
nunc tuo nomine, Hitterpi, ab illis tam infinitis fa-  
disq; mendis repurgatos, iunctuti damus, noctur-  
na diurnaq; manu uersandos. Tui iam mu-  
neris est, cum typographo tuo age-  
re, ne tantis laboribus corre-  
ctos, rursus per oscitan-  
tiam deprauet. Va-

lc. Embriac,

XVII.

Cæ

Iendas

Nouembres,

ANNO M. D. XXXVIII.

L. FENESTELLAE<sup>etca</sup>  
DE SACERDOTIIS ROMA  
NORVM LIBELLVS  
PRIOR.

De Panos sacris atq; sacerdotibus,

CAPVT .I.



MNIVM DEO

rum, quos uetus Ro-  
manorum religio ex-  
coluit, primo Pani LY  
cæo, seu Faunum illū,  
seu potius Syluanum

uocari placet, per Lu<sup>s</sup> Luperci,

percōs rem diuinā, Luperealesq; ludos fec-  
isse, apud uetus statis assertores constat. Ea  
quidem sacrorum genera ab Euandro res-  
ege, qui ex Arcadia profugus in eum locū  
uenerat, quiq; tandem Romanæ præfuit ars  
ci, ad nostros primum delata, ac celebrata  
fuisse ferūtur. Hunc Pana nudos pastores,  
quotum tunc præcipuū numen fuit, ac de  
inde quosq; summos etiam uiros, uenera-

ri mos fuit, lorāq; pro manibus ferre, qui-  
bus quosque cæderent, laruisq; tectas faci-

Pana quā es portare, Cur autem nudi hunc deum co-  
re nudi co- luerint.

lerent, pleraque ē curriculo uetus tatis ad  
nos usque delapsa referuntur. Siue enim  
quod ipsi deo, qui nudus fingitur, suæ cele-  
ritati eo pacto longe aptior, nudos etiā ha-

bere ministros placeat, siue quod Arcades,

omnium populorum, qui Græciam colu-

erunt, longe uetus tissimi, feris adhuc simi-  
lem uitam in syluis ac montibus agentes,

legis expertes artisq; primo hinc deum ue-

nerati, patrium cultum, auitosq; nudos ha-

bitus signantes referre uoluerunt, haud sa-

tis constat. Nōnulli uero Iolem uxore Her-

culis ab hoc Fauno uisam, ac per ardorem

libidinis concupitam asserunt. Forte enim

per sylvas & amœna nemorum, æstus le-

uandi causa, una cum dilectissima coniuge

Hercules uagabatur. Videt ergo elegantis-

\*ilicet

petuit. Interea mulier dum quiescendi tem-  
pus aduenit, pellē leonis Herculis ritu de-  
more aptat humeris, clava etiā illius in ma-  
nu assumpta. Tali habitu praeeditam somnū  
aggreditur. Erant autem duo parati coniu-  
gibus lecti, eo quod postridie Libero pa-  
tri rem diuinam facturi erant, seorsum cu-  
bituris. Noctu ergo Syluanus fallendi cu-  
stodis occasionem nactus, clam thalamum  
ingreditur; primoq; congressu fortunatus  
futurus, puellæ thorum tenet; manuq; ten-  
tans, ut noctu fit, horridum leonis tegmē  
inuenit. Rat⁹ ergo ibi cubare Herculem,  
ad aliud cubile ire pergit: quod cum sensis  
set mollibus stratum, puellaribusq; delici-  
is aptius, stragula ueste sensim amota, dum  
libidine ardens manu palpat Herculem, ac  
uixdum hirti corporis horrore hauserat,  
experrectus Hercules manu rejectum, to-  
to antro fusum iaculat, quo p̄ strepitu so-  
mno puella discussa, lumina accendit. Lu-  
mine ergo Syluano prodit, lufus ac semi-  
ruptus, uix attollens humo humeros, in syl-  
vas detrusus est. Ea ergo ratiōe perpetuō

execratis uestibus, quibus tam turpiter lus sus esset, easdem suis à sacris procul absore constituit. Plerique tamen huiusc rei causam assignant Romulo, quod eadem sacra celebrante, medioque solis ardore corpus exercente, cum nunciatū fuisset latrones praedas agere, ita ut erat nudus accurrerit, comprehensisque prædatoribus, pecora abacta redemerit. Eius facinoris, quod nudus gesserat, perpetuum argumentum, corporum sacra celebrantium nuditatē esse placuit. Ut cuncte fese res habuerit, in tempora usque C. Iulij huiuscemodi observationem pervenisse constat. Ea enim sacra cum sedens Cæsar dictator spectaret, atque inter eos quod solennia celebrarent, curreret, M. Antonium, is qui postea triumvir fuit, aiunt lauream coronam, cui diadema annexum esset, capiti Cæsaris imponere conatum fuisse; quod cum Cæsar amoto capite reiecerit, statuæ ipsius, cunctis frementibus, imposuisse. De nomine vero Lupercaliū non etiam satis conuenit. Plerique enim inditū hoc nomen, quod huius invocatione lupi

amato

Luperca-  
les unde,

à stabulis arcerentur, uisum est. Alij tem-  
plum ipsum, in quo hic deus colitur, Lup-  
cal uocant. quo circa Virgilius, Et gelida,  
inquit, monstrat sub rupe Lupercal, eiç loco  
co à lupa Romuli nutrice, quod eo in loco  
Romulum & Remum paruulos educare  
reperta sit, factum nomen Lupercalis pu-  
tant. Nec desunt q à Lycæo Arcadiæ mon-  
te, ubi præcipue ea religio peruiguit, (est  
enim quem nos lupum, illi λύκον uocant)  
ipsum cognominatum esse arbitrentur. Præ-  
cipuam uero huic deo, dicatisq sacerdoti-  
bus uenerationem ea ex parte tributam fe-  
runt, q quæ mulieres ex suis uiris uel con-  
cipere, uel cõceptos fœtus edere neq rent,  
ad Lupercos confugiebant. Quæ ubi loris  
ex teriore hirci sectis cæsa fuissent, è ue-  
stigio grauidæ aut effœtæ efficiebantur.  
Hæc solennia quintodecimo die Februarij  
celebrari, ut Ouidius in Fastorū librī re-  
fert, moris fuit.

IN LIBRVM PRIMVM, QVI EST  
de sacerdotiis Romanorum, Scholia,

IN CAPYT I.

**S**eu Faunum illum) Faunu & Pana, Ouidius & pleriq; alij cundem faciunt. Syluanum uero diuersum esse ab hoc, ex Virgilio manifeste colligitur, quum inquit Ecloga X.

Venit & agresti capit̄is Syluanus honore,  
Florentes ferulas & grandia lilia quassans.

Pan deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipsi  
Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem.

Et libro i. Georgic.

Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lycei.

Pan ouium custos, tua si tibi Manala curæ,

Adsis o Tegeæ fauens, oleaq; Minerua

Inuentrix, unciq; puer monstrator aratri,

Et teneram ab radice ferens syluane cupressum.

Verū Ioh. Boccatius lib. I. cap. 4. De genealogia deorum, citat Rabanū autorē eius sententiæ, quod idē fuit Pan et Syluanus. Mihi nō libet in his annotatiūcu lis curiosius hæc ingrere, in eo dūtaxat occupato, ut ubi opus uidebitur, reddā rationē mutatæ lectionis.

Qui tandem Romane præfuit) Deest coniunctio q;. Quare lege: quiq; tandem Romane præfuit arcii. Nā huic sententiæ concinit Verg. lib. 8. Aeneid. dicens:  
Tum rex Euandrus Romane conditor arcis.

Effœtæ efficiebātur) id est, pariebant. effœta enim dicitur, que foetum emisit. Columella: Primus effœtæ partus amouēdus est, quoniā tyruncula, nec recte nutrit. De eo quod hic habet Fenestlla, ita scribit Plu-

tarchus in Cæsare: Cöplures etiä uxores procerum,  
eis sese obuias de industria offerentes, manus tanquā  
sub præceptore istib[us] exhibent. persuasum enim ha-  
bent, prægnatibus mulieribus pariendi, sterilibus au-  
tem concipiendi facultatem afferre.

in fine capit[is] habebat exēplaria: Hæc solēnia q[uo]d  
todecimo Calen. Februarias celebrari &c. ubi non  
est dubium, quin legendum sit, q[uo]ntodecimo die Febru-  
arij, sic enim habet Ouidius:

Tertia post Idus nudos aurora Lupercos

Aſpicit, & Fauni ſacra bicornis erunt.

Loquitur autem poeta de Idibus Februarij, à quibus  
tertius dies, est decimus quintus menſis.

### De Potit̄s & Pinar̄s Herculis ſa- cerdotibus. CAP. II.

**E**adem tēpeſtate, Euandro ſcilicet pa-  
latium tenente, Herculem, Geryone  
interempto, per eadē loca mira ſpecie bo-  
um armenta abegiffiſſe commemorant. Ac  
cum prope Tiberim fluuium, qua præ ſeſe  
armentū ferens, nando traiecerat, loco her-  
bido reficeret boues, ipſe q[uo]d in itinere dea-  
fessus procubuiſſet, & eūdem uino ciboq[ue]  
grauattū ſopor oppreſſiſſet, Cacus paſtor,  
loci accola, uiribus ferox, capt⁹ pulchritu-

dine boum, prædam auertere instituit: ac  
ne, si prædam agēdo in speluncam compu-  
lisset, uestigia ipsa eō quærentem dominū  
ducerent, auersos, eximium quenque pul-  
chritudine caudis in spelūcam traxit. Her-  
cules uero ad primam auroram somno ex-  
citus, cum gregē perlustrasset oculis, par-  
tem q̄ numero abesse sentiret, perrexit ad  
proximam speluncam, si forte eō uestigia  
ferrent, quæ ubi omnia foras uersa uidit, nec  
in partem aliam ferre, confusus atq; incer-  
tus animi, ex infesto loco agere porrō ar-  
mentum coepit. Inde cum actæ boues, for-  
te (ut fit) ad desiderium relictarum mugis-  
sent, reddita inclusarum ex spelūca boum  
uox Herculem conuertit. Quem cum ua-

\*occepit  
Caci cœ-  
des.

Euander.

dentem ad speluncam Cacus ui prohibere  
conatus esset, ictus claua, fidem pastorum  
nequicq; inuocans, morte occubuit. Euand-  
er, qui tunc temporis ea ex Peloponeso  
profugus, autoritate magis quam imperio  
regebat loca, uenerabilis uir miraculo lite-  
rarum, rei nouæ inter rudes artium homi-  
nes, uenerabilior diuinitate matris Car-

mentæ, quam fatiloquam ante sibyllæ in <sup>Carmēta,</sup> Italiam aduentum, miratæ hæ gentes fuerant, concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestæ cædis reum excit<sup>o</sup>, postquam facinus facinorisq; causam audiuit, habitum formam' q; uiri aliquanto ampliorem augustioremq; quam humanā intuens, rogitat qui uir esset. Vbi nomen, patremq; ac patriam audiuit: loue nate Hercules, salue, inquit, te mihi mater ueridica interpres deūm, aucturū cælestium numerum cecinit, tibi' q; aram hic dicatum iri, quam opulētissima olim in terris gens maximā uocet, tuoq; ritu colat. Dextera Hercules data, accipere se omen, impleturūq; fata, ara condita atq; dicata, ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege, sacrum Potitij ac Pinarijs, quæ tum familiæ maximè inclytæ ea tenebant loca, dedit. Actum forte ita euénit, ut Potitj (ut ait Luius) <sup>Lia. lib. i.</sup> ad tempus præsto essent, hisq; exta apposuerentur: Pinarij, extis adefis, ad cæteram uenirent dapem. Inde institutum māsit, donec Pinarium genus fuit, ne extis eo solen

niū die uescerent. Potitij ab Euandro edo  
cti, antistites per multas ætates huius sacri  
fuerunt, donec tradito seruis publicis so-  
lenni familiæ ministerio, Potitiorum ac Pi-  
Ap. Clau-  
dius, niorum omne genus perijt. Id enim Ap-  
pius Claudius, cū esset censor, effecit hisce  
familij infensus; ob idq; ira deorum, ut cre-  
ditur, luminibus orbatus est.

IN CAPVT II. DE SACER-  
DOTIIS ROMANORVM.

IN secundo capite ferē nihil erat integrū: sed quia  
totum ex Liuio sumptum est, adeoque ad uerbum  
pleraque non ita magni erat negotij ex illo restitu-  
re. Eratq; mibi propemodum decretum, reiectis his  
tam corruptis, totum caput ex ipso Liuio rescribe-  
re. Sed quia uidebam Fenestellam Liuij uerba alicu-  
bi non nihil flexisse, sibiq; accommodasse, malui eum si  
bi reddere ea ipsa facie, qua uidebatur ex illo pro-  
dijisse.

Matris Carmentæ) Hæc prima omnium literas in  
Italiā aduexisse dicitur: quare inter sibyllas relatā  
qdam asserunt. Fuerat autè Nicostrata dicta, cuius  
rei & Strabo meminit lib. 5.

Iouenate Hercules) Alomena Amphitryōis uxor,  
uno partu Herculem ex Ioue, & Iphiclum ex Amphi-

tryone marito peperisse dicitur. Nota est omnibus super his rebus comedie Plauti, cui titulus Amphitryo.

Id enim Appius Claudius) Cum Potitij sacrorum Herculis ritum, quem pro dono genti eorum ab ipso assignatum, uelut hereditarium obtinuerant, autore Appio cōsōre, ad humile seruorū ministerium trans-tulissent, omnes qui erant numero super triginta pu-beres, intra annum extincti sunt, nomēnque Potitium in duodecim familias diuisum, propē interiit. Appi-us uero luminibus captus est. Hec Valerius Maximus lib. 1. cap. 2.

### De sacerdotio Fratrum Arualium.

#### C A P V T III.

**F**ratres Aruales, ut fruges ferrēt arua, forte\* co-  
ueteres\* consuluisse Romanos memo- luisse  
riæ traditū est. Huius uero religionis Ro-  
mulū ipsum patrē urbis, autorē extitisse  
repio. Nam cū Acca Laurentia nutrix Ro-  
muli corpore suo quæstum in uulgu face-  
ret, eoq; pacto grandem pecuniam consti-  
passet, ex duodecimq; liberis quos suscep-  
rat, unum morte amisisset, Romulū in de-  
mortui locum adoptionis iure substitui-  
set, decedēs tandem, populum Romanum

instituit hæredem. Cuius tum liberalitas, regiaeque affinitatis memor populus Romanus, mulieris nomen in Fastis retulit: liberos, Fratres Aruales, à ferendo & ab auis appellauit. Ex quo tempore sacerdotium mansit Fratrum Arualium, hicque duodecim numero dicuntur; eique sacerdotio insigne tribuit, albas insulas & spicę coronā.

## IN CAPVT III.

**E**Oque pæsto grandem pecuniam constipasset) Constipasset, hoc est, collegisset, à stipe, minutiori nummulo, qualis olim militibus stipatoribusque dari solebat. unde & stipendum factum est. Quanquam non illis tantum stipes, sed etiam dijs atque mendicis datur.

In Fastis retulit) Refertur in Fastos & Fastis, dicimus: quemadmodum incido in æs, & incido in ære.

Albas insulas) Insulas filamenta sacerdotum uocabant, autore Festo. Sunt autem fasciae, ut inquit Scruius, in modū diadematiū, à quibus depedent uitæ ab utraq; parte. Plinius de hac re scribens, ait: Spicę corona, quæ uitæ alba colligaretur, in sacerdotio ei (hoc est, Romulo) pro religiosissimo insigni data, quæ prima apud Romanos fuit corona.

Deaugurij, CAP. IIII.

**E**odem ferè tempore, & disciplina & religio augurādi ex Hetruscis, penes quos ea disciplina præcipua ac longe peculiaris fuit, ad Romanos cōmigravit. Virum enim quēmpiam, cuius nomen uetus state obsoleuisse Naso poeta ait, asyli (*ut Fasto, 22 reor*) aliente inductione, exulem Hetruria Romam uenisse perhibent. Cuius opera Romulum Remumq; usos, cum de imponendo urbi nomine unā contenderent, opinione deducor, quanquā M. Cicero in Lib. I. his libris, quos inscripsit De diuinatione, etiam ipsum Romulum istam ipsam augralem disciplinā p̄coluisse asserit. A Nu-<sup>\*percallim  
isse</sup> ma uero qui Romulo successit, perpetuū sacerdotij insigne constitutum est. De ritu uero inaugrandi, si unum in casum pleraque dixero, eadem ad omnes cæteros facile fieri poterunt. Ea quidem, quantum ex ueterū monumentis collegi, huiuscemodi fuit obseruatio: Augur in arcē, siue in edictum quendam locū ad inaugrandū ascens, debebat sedere super lapidem meridiem uersus; atque ad lāuam sedens, bacu

Litmus.

lum in manu recuruum, quem lituum uocant, tenet. Inde ubi prospectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinat, dextras ad meridiem, laevas ad septentrionem partes esse dicit. Signum quod contra oculi conspectum longissime ferunt, animo definit: tum lituo in laeuanam translato, dextra in caput eius qui inaugurator, posita, ita precastur: lupiter pater, si est fas huc Numā Pom pilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ esse, ut tua nobis signa certa ac clara sint. In eos fines quos feci. Tum peragit uerbis auspicia quæ mitti uellet. quibus missis, Nu-

**Ex** Liuio ma de templo ( ita enim designatas lituo ad uerbū, æthereas regiones uocant ) declaratus rex descendit. Quam quidem declarādi seu in augurandi regis formulam, ad cætera quo que, ut dixi, trahi facile licet. Huic discipli-

**Acci⁹ Na-** næ, peritia Acci⁹ Nauij auguris, permultū sius, fidei autoritatisq; accessit. Nam cum Priscus Tarquinius aliqua præter maiorum instituta inaugurate mutare, pleraque etiam de nouo condere pergeret, negare Accius

Nauius inclitus ea tempestate augur, inau-  
spicato ea fieri oportere. Quare ira regi-  
mota, eludensq; artem, ut ferunt, agedum,  
inqt, diuina i augurio, fieri ne possit quod  
ego nunc mente concepio. Cum ille in au-  
gurio tem expert<sup>9</sup>, fieri posse dixisset; Atq;  
hoc animo agitauit, inquit, te nouacula co-  
tem discissurum. Capte ergo hoc, & pera-  
ge, quod aues tuæ fieri posse portendunt.  
Tum illum incunctanter discidisse cotē fea-  
runt, statuamq; Accij Nauij capite uelato,  
quo in loco res acta est, in comitio, in ipsis  
gradibus ad laeuanam curiae positā fuisse, co-  
temq; eandē cum illa ipsa nouacula in ma-  
nibus positam, ut eius rei etiam apud poste-  
ros monumentum existeret. Augurijs era-  
go, sacerdotioq; augurii, ut ait Liuius, etis-  
amq; in libris De diuinatione Cicero, tan-  
tum autoritatis & uenerationis accessit, ut  
nihil domi forisq; postea, nisi auspicato, ge-  
retur; & ad sapientiae nobilitatisq; prima-  
rios quosq; id sacerdotium deferretur. Et  
cum Tiberius Gracchus, pater Tiberij &  
Cañ Gracchorum, comitia consularia ha-

buisset, diceretq; Hetrusci augures rem in  
 augurio experti, uitio consules creatos fu-  
 issé, Gracchusq; ut ineptos insanosq; He-  
 truscos incesseret, abies in prouinciam, se-  
 natui rescripsit, ueridicos, non autem insa-  
 nos, Hetruscos esse, qui cōsules præsentes  
 uitio à se creatos diceret. Nam cum se col-  
 legisset, meminisse se locū tabernaculo ex-  
 tra pomœrium præter maiorum cōsuetu-  
 dinem delegisse. Quamobrem abdicare se  
 consulatu compulsi sunt. Ut autem uene-  
 ratio huic ordini autoritasq; ita & nume-  
 rus ipse adeo creuit, ut collegium augurū  
 coleretur. Nam cum ab initio tres tantum  
 creari coepissent, ex trib⁹ scilicet tribubus,  
 Ramnensium, Tatiensium & Lucerum, &  
 obtinuissent, cum mutaretur numerus, im-  
 pari tantum numero creari; utcunq; tamē  
 id fieret, quatuor numero præter maiorū  
 consuetudinem creari cœpti sunt. Tādem  
 cum plebs quorumlibet honorum partem  
 suā in senatu & in foro nacta esset, per tri-  
 bunos egit, ut ad sacerdotia quoque uelut  
 ad cætera cursus aperirentur, Idq; post mul-

*Augurii  
collegiū,*

ta certamina, uariasq; seditiones obtinuit,  
ut ad quatuor scilicet patritios, quinq; ex  
plebe adiacerentur. Factumq; hoc fuit, M.  
Valerio, & Q. Apuleio COSS.

~~DOCIN~~ CAPVT IIII

**A** Syli, ut reor, alliciente) Seruius auctor est, Asylum Athenis fuisse templum Misericordiae, unde neminem ui licuerit abducere: idque sibi primos omnium erexisse nepotes Herculis, metuentes sibi ab illis, quos auus Hercules afflixerat. Ad huius imitacionem Romulus condita recens urbe, adiiciendae multitudinis causa, Roma asylum aperuit, sacrum uidelicet locum, ad quem omnes sine discrimine tutò configurerent, unde nec domino seruum, nec debitorē creditoribus, nec homicidam magistratibus detrahere liceret. De quo uide Plutarchum in Romulo, & T. Livium lib. I. ab ur. cond.

Ex uelum Heturia Romam uenisse) Venisse Heturia, pro ab uel ex Heturia: οὐκείσιος, nisi medosus est locus. nam Ouidius qui hic citatur, addita præpositione dixit:

Augur erat, (nomen longis intercidit annis)

Nuper ab Hetrusca uenerat exul humo.

Eadē ad omnes cæteros facile fieri poterunt) Ego sūspicor deprauatum esse, fieri, pro referri.

*Augur in arce) In arcem, legendum est: suntq; oīd sumpta ex Liuio lib. I. ab urb. con. ubi Numa Pompi- lius regno inaugurator.*

*Signum quod contra) Liuius habet, contra quod: quare hic anastrophē esse apparet.*

*Quare ira regi mota) Apud Liuum ita legitur: Quare ira regi mota, cludensq; artē, ut ferunt, Age dum, inquit, diuine tu inaugura, fierine possit &c. Quod ideo annotādum putaui, quod Liuiana hæc nō paulo plus habet & uenustatis & acrimonie, quam quæ hic leguntur apud Fenestellam, meo quidem iudi- cio deprauata.*

*Vitio consules creatos fuisse) Illi consules erant C. Figulus & Scipio Nasica. Meminit Valerius Ma- ximus lib. I. cap. I.*

*Ex tribus scilicet tribubus) Romulus totam ciui- tatem in tres tribus diuiserat, ut in uita eius refert Plutarchus, Ramnenses à Romulo, à Tatio Tatien- ses appellatas: Luceres, uel (ut Plutarchus habet) nou- xepvñvñr) Lucernenses, à luco asyli, in quem multi fu- ga delati, ciuitate donati sunt. Liuius Tatenses, Ti- tienses uocat, à Tito prænomine Tatij, quem Romu- lus in regni societatem receperat. Idem incertum es- se ait, unde Lucerum tribus nomen & originem for- sita sit.*

*Impari tantum numero creari) Puto legēdum es- se, Parī inter se numero creari. Nam sensus est: Quā*

ſingulæ tribus ſingulos tantum augures ab initio ha-  
berent, obtentum eſt, ut ſi numerus augurum auge-  
retur, ita augeretur, ut par numerus eſſet inter oēs  
tribus, hoc eſt, ne una aliqua tribus plures haberet  $\frac{1}{2}$   
reliquæ. Puta, ſi placaret plures eſſe augures q̄ tres,  
non eſſent pauciores quām ſex: ut uidelicet tribus il-  
læ, i quas erat diuina ciuitas, pro ſingulis auguribus  
haberent binos. Quod ſi hunc quoque numerum au-  
gere placuiffet, fierent nouem, ut pro binis haberent  
ternos. Si ne hoc quidem numero contenti eſſent, fa-  
cerent duodecim, ut haberent quaternos &c. Nam  
hanc eſſe mentem Liuij, unde hæc ſumpta ſunt, mani-  
festum eſt, ita ſcribentis lib. X. ab ur. con. Quemad-  
modum ad quatuor augurum numerū, niſi morte du-  
orum id redigi collegium potuerit, non inuenio: cum  
inter augures conſtet imparem numerum debere eſ-  
ſe, ut tres antiquæ tribus, Ramnenses, Titientes, Lu-  
ceres, ſuum quæq; augurem habeant. Aut ſi pluribus  
ſit opus, pari inter ſe numero ſacerdotes multiplicet:  
ſicut multiplicati ſunt, quum ad quatuor quinq; ad-  
ieci, nouem numerum, ut terni in ſingulas eſſent, ex-  
pleuerunt.

### De flamine Diali.

#### CAP. V.

**F**LAMINĒ DIALĒ pŕimus Numa Pom-  
pilius Romæ rex creauit, cum antea

reges pontificūq; regumq; promiscue mu  
 Vergi. lo<sup>o</sup>  
 Vergiliū cernim⁹: Rex etiam Anius, ut  
 eus Aen., idem poeta ait, rex idem hominum Phœ-  
 bīq; sacerdos fuit. Idq; etiā à minorib⁹ de-  
 inceps, ut à C. Cæfare, diuo Augusto, mul-  
 tisq; deinceps principibus, quos pontifica-  
 tus maximi titulis insignitos uidemus, ob-  
 seruatum est. Cæterū Numa plures in ur-  
 be Romulo, quam sibi, similes reges fore  
 Pontificis  
 max. tñu ratus, qui relictā religiōis cura, bellorum  
 Ius.

\*addicti  
 \*cultui

Flamē un-  
 de dīctus  
 Dialis,

tuor, quos appellauit flamines, qui rei diui-  
 næ iugiter \*adieicti essent, \*multis deorum  
 alligauit: flaminem unum Ioui, quem Dia-  
 lem uocant, Marti duos, Quirino unū. Di-  
 cus autem flamen Dialis est, ut Varro ait,  
 quod in Latio capite uelato erat, et caput fi-  
 lo lanæ præcinctum habebat, à quo flamē  
 appellabatur. Dialis autem à Dioue, quod  
 est iuuans deus. Cæteri flamines eius, cui  
 præsident numini, decorantur titulis. Hūc  
 Dialem præsertim insigni ueste, curuli' q;  
 sella adornauit. Hic solus, ut Varro ait, al-

bum habet galerum, uel ex eo quod maxi  
mus est, uel quod loui immolationē alba  
ueste fieri oporteat, pleraq; etiā huic pon  
tificio iure tributa sunt, ut Aulus Gellius  
in commentarijs noctium Atticarum scrip  
ptum reliquit. Equo enim uehi flaminem  
est religio. Item iurare Dialē fas nūquam  
est. Ignem ē flaminia, nisi ubi sacrum est, ef  
ferri ius non est. Vincū, si ædes eius intro  
ierit, solui necessariū est, & uincula per im  
pluuium in tegulas subduci, atq; inde fo  
ras mitti debent. Nodum in apice \*atq; in Gell. nec  
cinctu, neque in alia parte ullum habet. Si  
quis ad uerberandum ducatur, si ad pedes  
eius supplex decubuerit, eo die uerberari  
piaculum est. Capillū Dialis, nisi qui liber  
est, non detonset. Capram & carnem inco  
ctam, & hederā & fabam, neq; tangere Di Vide Gel  
lium,  
ali mos est, neq; nominare. Propagines ē ui  
tibus altius protentis non succidet. Pedes  
lecti in quo cubat, luto tenui círcunlitos es  
se oportet, & de eo lecto trinoctium con  
tinuum non decubat; neq; in eo lecto cuba  
re alium fas est, neq; apud eius lecti fulcrū

capsulam esse cum strue atque ferto oportet. Vnguis Dialis & capilli segmina, sub  
 ter arbore siliquam terra operiuntor. Dia  
 lis quotidie festalis est. Sine apice sub di  
 o status. esse licitum non est. sub tecto uti libet, &  
 non pridem à pontificibus constitutum. Fa  
 rinam fermento imbutam attingere ei fas  
 nō est. Neq; tunicam intimam, nisi in locis  
 rectis exuisse, ne sub cælo tanquam sub oculis  
 louis nudus sit. In conuiuio eius haud quis  
 quam nisi rex sacrificulus accubabit. Ma  
 trimonium flaminis nisi morte dirimi non  
 est fas. Locum ubi bustum fit, nunquam in  
 greditur. Hos flamines cum ab initio con  
 secrantur, captos duci à patribus, uelut ab  
 hostibus, mos fuit. Totidem uero flamine  
 bus, quot deos colerent, usos ueteres, Mar  
 cus Varro in his libris quos inscripsit De  
 origine linguae Latinæ, testis est: ut Dialē,  
 Martialem, Quirinalem, Vulcanalem, Fu  
 rinalem, & Falacrem: & præterea complu  
 res, qui, ut nostrum inter sacerdotium gra  
 dus non nihil interest, ut episcopum, archie  
 piscopum, cardinalem, patriarcham, & me

tropolitanum: ita apud illos inter flaminiū, protoflaminium, & archiflaminis differentiam fuisse, idonei testes sunt.

## IN CAPVT V.

**S**Acerdotes quatuor, quos appellavit flamines etc.) Mirum est, quū Liuium potissimum secutus, hæc scripsisse uideatur, q̄ factum sit, ut tantopere ab illo discrepet. Hic enim quatuor flamines à Numa creatos affirmat, quorum duos tribuit Marti: quum Liuius tres tantum referat, singulis numinibus singulos attributos. Quod quo fiat apertius, non pigebit Liuij uerba asscribere ex lib. I. ab ur. cond. Sed, inqt, q̄a in ciuitate bellicosa plures Romuli quam Numæ similes reges putabat fore, iturosq; ipsos ad bella: ne sacra regia uicis desererentur, flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit: insignijs eum ueste, & curuli regia sella adornauit. Huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino. Virginesq; vestales legit &c. Quin & Plutarchus in Numa tres fuisse significat quum inquit: οὐ τερτού δὲ τοις οὐσιαῖς εἴσενται οἱός Κλέψεθε, ξίτορ ἔωμύλα προσκατέκοτεν, οὐ φλαμίνα κυριάλιορ ὠνόμαστεν. Hoc est: Secundo autem loco illis q̄ iā erāt sacerdotibus Iouis & Martis, tertium addidit Romuli, quē flaminē Quirinalē appellavit. Quū inqt tertium, significat duos tantū antē fuisse. Adde quod M. Terentius Varro, ubi de flamine-

bus agit, singulorum numinum singulos flamines re-  
cesset, lib. 4. et 6. de lingua Latina. Quid q̄ hoc ipsum  
& hic noster affirmat sub finem huius capit⁹? Qua-  
re credibile est, et hoc loco, ut alibi p̄sim, corruptis  
sumus esse Fenestllæ codicem.

Quod in Latio capite uelato) Varro lib. 4 de lin-  
guia Latina sic ait: Flamines, quod in sacro, capite ue-  
lato erant semper, ac caput cinctum habebat filo, fla-  
mines dicti. Varroni consentit Seruius in illud Vergi-  
lii lib. 8. Lanigerosq; apices. Ceterum Plutarchus in  
Numa flamines uocatos ait ab ijs, qui circum calua-  
ria sunt pileis, qbus ad tegenda capita utuntur, qua-  
si pilamines qdam essent. Dionysius quoq; Halicarna-  
seus secundo antiquatum libro, flamines à gestatione  
pileorum & insularum, quas adhuc (inqt) ferunt, fla-  
mma uocates, apud Romanos appellatos esse auctor est,  
apud Græcos uero dictos fuisse σεφχνθόρους.

Dialis autem à Dioue) Iupiter, autore Varrone,  
olim Diouis & Diespiter, id est, diei pater, dictus est.

Vt Aul. Gellius in commentarijs) Gellius quædam  
habet, quæ hic omissa sunt. Quod utrum factum sit de  
industria ab autore libri, an per negligētiā à libra-  
rijs, non admodū liquet. Nos contenti erimus ex que  
hic sunt, à mēdis repurgasse. Cetera qui uolet, ex Gel-  
lio petat.

Ignem è flaminia nisi &c.) Gellius habet: Ignem è  
flaminia, id est, flaminis Dialis domo, nisi sacrum ef-

ferri, ius nō est. Et uincula per impluuium) Im  
pluuiū, autore Varrone, locus esl in medio domus re  
lictus, ut lucem capiat deorsum, quo impluit. vitruui  
us de Architecta. lib. 6. ca. 4. docet, qs debeat esse mo  
dus impluuij.

Apud eius lecti fulcrū) Fulcra summae lectorum  
sunt partes, quæ thoros sustinent, à fulciendo, id est,  
sustinendo sic dicta.

Capsa quibusdā à capiendo dicta uidetur, sed ma  
gis Græcū est, πυρὰ τὸ κάτηπ, quod propemodū idem  
est quod capio. Est autem theca, in qua aliquid condi  
tur seu reponitur.

Cum strue atq; fertō) Hoc loco & Gellij codices  
mendosi sunt haud dubie. Neq; enim ferro legēdum  
est, ut illi habent, sed fertō Nam strues & fertum li  
ba sunt, qbus in sacris utebantur: que q ad sacra fe  
rebant strufertarij dicebantur, autore Festo. De quo  
si qs plenius edoceri uelit, legat Catonis de Rerusti  
ca caput 134.

Sine apice sub dio agere) Locus erat deprauatissi  
mus: quem ex Gellio restituimus. Porro apex erat in  
summo flaminis pileo uirga lanata, inq; autor Cor  
nucopiae, hoc est, in cuius extremitate modica lana  
erat: quod primum cōstat apud Albam Ascanium in  
stituisse.

In conuiuio eius &c ) Gellius habet: Super flami  
nem Dialem in conuiuio, nisi rex sacrificulus, haud

quisquā alius accūbit. Et præterea cōplures, quod ut &c.) Principio, locus non uidetur omnino uacare mēdo: sed hoc doctiori alicui diligētius expēdendum relinquo. Deinde manifestū hinc est, huius libri autem nō esse ueterem illum Fenestellam, nobilem histo-  
ricū, qui à Plinio, Plutarcho, alijsque; his etiam antiquis citatur: sed ex recentioribus quempiam, anti-  
quitatis studiosum: id quod & ante nos monuit Va-  
lentinus Curio, typographus Basileēsis, haud male de  
studiosis meritus.

### De Vestalibus uirginibus.

#### CAPVT VI.

**V**ESTALIS originem cultus, quemadmo-  
dum pleraque omnia, Numa Pompilius intulit, et si eius initia usque adeo uetera  
sunt, ut ex Troianis ad Albanos Aenea du-  
ce longè commigrauerint, cuius rei memini-  
nit Vergilius hisce uersibus:

Verg. I.2. Aeneid. Sic ait, & manibus uitias, Vestāque potentē,  
Aeterntīque adytis effert penetralibus ignē.

Deæ huic Vestæ, quam terram esse, ean-  
demque deorum matrē uolebant, perpetuò  
uigil ignis consecrari solebat. Eius obser-  
uationi ac cultui pleræque uirgines ē pri-  
moribus patrum electæ præfici, quartū ne-

gligentia si forte sanctus ignis restinctus es  
 set, flagris à pontifice maximo cædi iube  
 bantur, ut à P. Licinio Crasso pōtifice ma  
 ximo, in eam quæ negligentius ignem cu  
 stodierat, Valerius scriptum reliquit. Ince  
 sti uero crimine damnatam, uiuam suffodi  
 institutum est. Virginem uestalem, ut La  
 beo Antistius scripsit, minorem quam sex  
 annis, maiorem quam annis decem natam  
 negauerunt capi fas esse; item, quæ non pa  
 trima sit & matrima; itemq; & quæ lingua  
 debili, sensuq; auris diminuta, alia ue cora  
 poris labe insignita sit. Item, cuius parētes  
 alter ambo ue seruitutem seruiuerint, aut  
 in negotijs fordidis uersentur. Eam uero  
 cuius foror ad id sacerdotium lecta sit, ex  
 cussionem mereri aiunt. Item cuius pater  
 Ramen uel augur, aut quindecimuir sacris  
 faciūdis, aut qui septemuir epulonum, aut  
 saliuere. Sponsæ quoq; pontificis, & re  
 gis sacerotū filiæ, uacatio à sacerdotio isto  
 tribui solet. Neque eius legendam filiam,  
 qui domicilium in Italia non haberet, con  
 stitutum est, ut Capito Atteius scriptū re

Vale. MZ.  
lib. 3. t. p.

lilit: & excusandam eius, qui liberos tres non haberet. Item edicto prætoris uirginē Vestalem, Dialem' uenō cogi, sære rescri ptum est. Verba prætoris hæc sunt: Virgi nem Vestalem & flaminē Dialem, ait præ co, in omni mea iurisdictione iurare nō co gam. De eligenda autem uirgine Vestali hæc obseruata sunt: Lege Papia cautū est, ut arbitratu pōtificis maximi uiginti ē po pulo uirgines legeretur, sortitioq; ex hoc numero fieret in concione. Cæterum, in quīt, ea lex uetustate, ut pleræq; aliæ, exo leuit: satisq; ei lectioni fieri cœptum est, si quis honesto loco natus, pontificem maxi mum adeat, offeratq; ei ad sacerdotium fili am, cuius duntaxat, saluis obseruationibus religionis, ratio haberi possit. gratiam eīm Papiæ legis p senatū fieri aīst. Hanc uirgi nem à pōtifice maximo, uelut ab hostibus capi moris fuit. Verba autem quibus tunc pontifex utitur, hæc sunt: Sacerdotem Ve stalem sacra facere quæ iussi, pro populo Romano Quiritibusq; uti optima lege fu it, ita te Amata capio. Amata eīm nomine

Amata no men.

appellari oēs consueuerunt, quōd ea quæ prima capta est à Numa rege, fuisse hoc nomine perhibetur. Simul atq; igitur capta, atq; in atrium Vestæ deducta est, illico sine emancipatione ac capitis diminutione, exit patriam potestatem, & ius testamēti faciūdi adipiscitur. In commentarijs autem Labeonis, quos super Duodecim tabulas composuit, ita scriptū repertum: Virgo Vestalis neque hæres est cuiquam intestato, neq; intestatæ quisquā, sed bona eius tum redigi in publicum aiunt.

## IN CAPVT VI.

**V**estalis originem cultus) De eo sic L. Florus: in primis focum Vestæ uirginibus colendum dedit, ut ad simulacrū cælestiū siderū custos imperij flama uigilaret. Varia fuerūt huic deæ noīa apud veteres, nec idē apud oēs cultus, neq; quicq; horū suis cærebat mysterijs: quæ oīa uidere est apud illos scriptores, quos indicauit nō minori fide q; diligētia Ioh. Camers. Multa quoq; cōpendio inuenies apud Ioh. Bocatii in genealogia deorū, & Ianum Parrhasiū in Raptum Proserpinæ Claudiani. Mibi enim in præsentium non est propositum, commentarios in hunc autem scribere. Tantum quædam obiter inter castigan

dum partim indicō, partim explicō, quae possent pueros, quibus nos potissimum laboramus, remorari.

Item, quae non patrima sit &c.) Deprauatū erat, itemq; quasi que esset hoc loco coniunctio, quū sit relativum. Porrò patrima & matrima est, que utrumq; parentem adhuc habet uiuum.

Neg; eius legendam filiam, qui domicil. &c.) Ibi domicilium habere aliquis dicitur, ubi rerum suarū summam cōstituit, ut non sit suspicio illum esse migraturum.

Lege Papia cautum est) Cur uirgines legerēt Vestae, vide apud Ouidium 6. Fastorū, ibi:

**Cur sit uirginibus, quæris, dea culta ministris.**

Sacerdotem Vestalem sacra facere) Hec ex Fabio Pictore apud Gelliū paulo aliter referuntur: sed ita, ut suspicer & Gellium ibi esse parum integrum.

Ilico sine emancipatione & capitī diminu. &c.) Emācipare, est ē mācipio suo emittere, & alteri possidendum permettere. Inde emancipatio de quo multa Budeus in Pandect. Capitis diminutio, est prioris status commutatio. Vide Iustinianum lib. i. institutionum, titulo De capitī diminutione. Est autem hoc loco sensus uerborum Fenestelle: Sine emancipatione & capitī diminutione, id est, sine illo solenni rite, quo fieri solent emācipatio & capitī diminutio.

**De salīs Marti dicatis,**

## Cap. vii.

**I**nter cætera sacrorum genera instituta  
à Numa rege, à posteris etiā in honore  
habita, id qdē in minoribus fuit, quod Mar-  
ti scilicet Gradiuo uouit. Duodecim enim  
ad hæc uiros legit, quos à solēni saltu, quo  
in sacris utebātur, salios appellauit. His ali Salis,  
os duodecim Tullus Hostili⁹ mox adiecit,  
quum Romanis in aciem contra Fidenates  
eductis, Albani à Romanis p specie pro-  
ditionis, duce Metio, defecere. Datum au-  
tem his supra tunicam insigne, æneum pe-  
ctori \*tegmen, cælestiaq; arma, quæ uocan-  
tur ancylia, portare, ac per urbem canen-  
tes carmina, cum tripudij solennijs saltu <sup>Liu⁹ \* teo</sup> <sup>gumen</sup> <sup>Ancylia.</sup>  
incedere; institutumq; ut in finem omniū  
carminum suorum, Mamurium appella-  
rent. Hunc Mamurium inclytum ea tem-  
pestate fabrum fuisse, & cum ancyyle cælo  
lapsum esset, Numa Pōpilio Quiritibusq;  
rem diuinam agētibus, huic Mamurio nea-  
gocium datum esse, complura huius simi-  
lia ancylia effingendi, tradunt. Quod qui-  
dem opus cum ille exquisitissima absoluīs

set arte, optionem, utrum à se uellet postu  
lari, artifici Numam obtulisse, quod ex eo  
peteret; nam exhibiturum se id polliceba-  
tur: artificem uero non pecuniam, sed glo-  
riam pro mercede petisse, q̄ eius nomen à  
salijs in finem quorūlibet carminum reci-  
taretur: idq; per multa tempora in sacris &  
comitijs (ut ait Liui<sup>o</sup>) obseruatum est. Eo  
autem huius ordinis sacerdotium numero  
creuisse, ut ad collegium, & collegij sacer-  
dotum magistratum redactum fuerit.

## IN CAPVT VII.

**Q**uod Marti scilicet Gradiuo uouit) Quare Gra-  
diuus dictus sit Mars, uariant sententiae. Alij  
enim putant, quòd gradatim, hoc est, ordine quodam  
milites in aciem descendere faciat, ita appellatum es-  
se. Alij ab ultro citroq; in bello gradiendo. Alij, quòd  
Iuno cum è gramineo flore conceperit pepereritq;, si  
ne coniugis opera, quemadmodum canit Ouidius lib.  
**S.** Fastor. Vnde & hoc factum nonnulli putant, ut co-  
rona graminea in militia olim daretur, qua nulla fu-  
it nobilior in maiestate populi Romani terrarū prin-  
cipis, præmijsq; glorie, ut ait Plinius. Nec desunt qui  
suspiciuntur Græcam habere originē, à uibratione ha-  
stæ, quod illi κραδαίνειν dicūt, ut est apud Pöpeii Fest.

Contra Fidenates) Fidene arum, oppidum erat in Latio, Romanorum colonia. Inde Fidenates. Historia uide apud Liuum lib. I.

Quæ uocantur ancylia) Ouidius inquit:

Atq; ancile uocat, quod ab omni parte recissum est,

Quemq; notes oculis, angulus omnis abest.

Seruius quoq; ancile dictum ait, aut quasi undiq; circuncisum, aut quasi ἀφίχειλον, id est, undiq; labrum habens. Quorum sententiam si recipiamus, non uideo quare in medio per γ scribi debeat ancycle. Verū Plutarchus et per γ scribit, ετ inde format, unde nesciisse est ita scribi. sic enim ait: αὐτας δὲ τας πέλτας ἀγκύλια καλοσι δια το χάμα, κύκλος γραμμή εἰπ. Hoc et si fortassis non tanti momenti uideri queat, tamen uel propterea admonendum putauī, q; uideam quosdam de huius nominis orthographia nō tantū dubitare, uerum etiam disputatione.

Quod qdem opus quū ille) Quæ hinc sequuntur usq; ad finem huius capitī, mēdōfīssima sunt, quæ tamē mutare nolui sine suffragio emendationis exemplaris. Quædam enim redundare uidētur: aliqua, sed pauca, deesse: nōnulla haud satis Latinē posita. Quanquam non admodum difficile est, sententiam scriptoris ex his quæ habemus, assequi. Eam uidetur sumpsisse ex his Ouidij uersibus, tertio Fastor.

Mamurius morum, fabræ ne exactior artis.

*Difficile est ulli dicere, clausit opus.*

*Cum Numa munificus, facti pete præmia, dixit,  
Si mea nota fides, irrita nulla petes.*

*Iam dederat salijs à saltu nomina ducta,  
Armaq; & ad certos uerba canenda modos.*

*Cum sic Mamurius: merces mihi gloria detur,  
Nominaq; extremo carmine nostra sonent.*

*Inde sacerdotes operi promissa uetus*

*Præmia persoluunt, Mamuriumq; uocant.*

**D**e collegio pontificum & pontifice maximo. Cap. viii.

**P**ontifices, ut pleraq; alia sacerdotia, ab  
ipso Numa ortos, apud Liuium satis  
cōstat. Eosdem diu præterquam è patrib;  
creari non licuit. Fuerunt autem ab initio  
numero quatuor. postquam uero maximo  
rum quorunq; honorum partem plebs tri  
bunijis rogationibus obtinuit, ad sacerdo  
tia quoq; sacrosanctasq; potestates patere  
sibi aditum uoluit. Quatuor ergo alios cre  
ide Liuim lib. 10 b V. C.  
ari ex plebe pontifices placuit, M. Valerio  
& Q. Apuleio COSS. Omibus unus p̄se  
ctus fuerat à Numa Pompilio, isq; pontifex  
maximus appellabatur. Hic habet ex se  
sacra omnia exscripta exsignataq;, quibus

hostijs, quibus dieb<sup>o</sup>, ad quæ templa sacra  
 fieri deberet: eiusmodic<sup>z</sup> diuinis in rebus,  
 unde erogandæ pecuniæ sumptus fieri de-  
 beat, curæ pontifici est: cæteraq<sup>z</sup> omnia sa-  
 cra publica priuataq<sup>z</sup>\* sacris pontificis sub Liu, \* sci-  
 iecta sunt. Cum uero de religione deq<sup>z</sup> sa- tis  
 cris dissensio est, populus illum consulere  
 pergit. Perutile illud fore ratus est Pom-  
 pili<sup>o</sup> eius sacerdotij autor, ne ius diuinum,  
 negligēdo patrios ritus, peregrinosq<sup>z</sup> ascī  
 scendo, turbaretur, nec cælestes modo cæ-  
 remonias docere, sed iusta quoq<sup>z</sup> funebria,  
 placādosq<sup>z</sup> manes, eiusdem pontificis est.  
 Apud eū quoq<sup>z</sup> tabula esse dicitur, in qua  
 solis & lunæ defectus, quoties lumini ca-  
 ligo fit, & anni mensium fastorumq<sup>z</sup> ratio  
 perspīcitur. Pōtifices, ut Varro ait, Q. Mu-  
 tius Scæuola à posse & facere appellatos  
 esse dicere solebat, sed ea denominatio à  
 M. Varrone haud satis probari uidetur. Nā  
 & à ponte, & à facio pōtifices appellatos pōtifices  
 putat, eo quod ab his p̄imum pons sub- unde ap-  
 licius factus, ac sæpe restitutus esse per- pellati.

**H**ic habet ex se sacra omnia) ex se, dixisse uide  
tur pro eo quod est, penes se. Liuius ita ha-  
bet: Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium  
ex patribus legit, eique sacra omnia exscripta exsi-  
gnataq; attribuit. *Mer et poulain au dos des bœufs*

## De feciali sacerdote.

## CAP. IX.

**F**ecialis sacerdotij nusquam apud Ro-  
manos uetusiorē usum fuisse, quam  
Tullo Hostilio Romæ regnante reperi,  
quem tamen ut ab Hostilio creatum nō af-  
firmauerim, ita ne quidē negauerim à Nu-  
ma Pompilio omnium religiosissimo rege  
creari potuisse. Ut cunque id tandem fue-  
rit, de nomine prius quam de M. Valerio  
feciali, regnante Tullo Hostilio, apud Li-  
utum mentio est. *Proprietary* **F**ecialis uero partes in eo  
uersabantur, ut fidei publicæ inter popu-  
los præcesset, neq; iustū aliquid bellum fo-  
re censebatur, nisi id per feciale fuissest in-  
dictum. *Proprietary* **C**um uero pugnare desit, fœ-  
forte ali. dere fides pacis constituebatur. quæ fœde-  
quando  
**F**œdera ra aliud fidera appellata ab Ennio, quod

*\* nemine*  
Fecialis  
munus,

fidei faciēdæ causa traducta sunt, M. Varro testis est, fecialemq; ipsum à fide & fa-  
ciendo dictum esse idem existimat. Forma  
uetio feriendi per fecialem fœderis huius-  
modi est, qua nulla (ut Liuio placet) uetus  
ritus.

unde ap-  
pellata.

\* introdu-  
cta

Feriendi  
fœderis  
ritus.

stior esse memoratur. Fecialis, inquit, regē

Tullum ita rogauit: Iubes ne me rex cum patre patrato populi Albani fœd' ferires lubete rege, sagmina, inquit, te rex posco.

Rex ait, puram tollito. Fecialis ex arce gra-

minis herbam puram attulit, postea regē

\*interrogauit: Rex, facis ne tu me régium

nuncium populi Romani Quiritiumq; rogauit.

Rex respondit: Quod sine fraude mea po-

puliq; Romani Quiritiumq; fiat, facio. Fit,

ergo tunc fœdys, multis q; id uerbis pera-

git. Legibus inde récitatis, Audi, inqt, lupi

Liu. \* au-

ter, audi pater patrate populi Albani, \* au-

di tu popule Albane, audi, ut illa palam pri-

pulus AF-  
banus, ut

ma postremaq; ex illis tabulis cera ue reci illa &

tata sunt sine dolo malo, ut ea hic hodie

rectissime intellecta sunt, illis legibus po-

pulus Romanus prior non deficiet. si pri-

or defecerit publico cōsilio, dolo malo, tu

illo die Iupiter ita populū Romanū ferito,  
ut ego hunc porcum hodie feriam, tātoq;  
magis ferito, quāto magis potes pollesq;. Vbi id dixit, porcum saxo silīce percussit.  
Eodem modo pars altera per suum sacerdotem, suumq; dictatorem peragit. Cū autem bellum per feciales indicunt, hoc mode*Belli indi* mos, re utuntur: Fecialis hastam ferratā, aut saguineam praeustam ad fines eorum, qbus bellum indicit, defert, nec minus tribus pueribus presentibus dicit: Quod populi priscorum Latinorum, hominesq; prisci Latini aduersus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerūt: quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse, senatusq; populi Romani Quiritium censuit, consenit, consciuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego populusq; Romanus populis priscorum Latinorū, hominibusq; priscis Latinis bellum indico, facioq;. Id ubi dixit, hastam in fines eorum emittit: ex quo bellū iustum esse intelligitur.

**Q**uem tamen ut ab Hostilio creatum &c.) Dio  
nysius Halicarnas. ait facialium sacerdotium à  
Numa tum institutum esse, quum indicurus esset bel-  
lum Fidenatibus, latrocinijs ab eis, & excursionibus  
in agrum Romanorum factis. Idē refert Pomponius  
Lætus. Quin & Plutarchus huius sacerdotij Numā  
facit autorem in uita Numæ.

Sagmina, inquit, te rex posco) Sagmina, inquit Pō-  
peius Festus, uocantur uerbenæ, id est, herbe puræ,  
quia ex loco sancto secabatur à consule prætoréve le-  
gatis proficiscentibus ad fœdus faciendum, bellumve  
indicendum. uel à sanciendo, id est, confirmingando.

Rex, facis ne tu me &c.) Apud Liuum ita legitur:  
Rex, facis ne me tu regium nuncium, populiq; Roma-  
ni Quiritium? uasa, comitesq; meos?

Sanguineam præustam) Sanguineam hastam qui-  
dam interpretantur è sanguine arbore factam, unde  
& uirgas sanguineas apud Plinium legimus. Alij &  
hic, & apud Liuum sagmineam legunt, pro sanguineam:  
ut sit, sagminibus obuolutam.

### De sacerdotio patris patrati.

#### Cap. X.

**P**Atris patrati sacerdotium, & si apud  
Liuum à faciali haud differre uide-  
tur, aliquando etiam idem fuisse apparent,  
tamen quod inter nomē istius illiusq; atq;

\*officia  
immuta-  
uerim

officium nonnihil interesse uideatur, utique  
& de utroque seorsum dicere uisum est. Vt  
cunque esset, his descriptis non certe officit  
immoueri, sed partes plures duntaxat ad-  
scripserim. Patris patrati usus eodem tem-  
pore, quo fecialis apud Romanos prodij.  
nam & in fieriendis à feciali foederibus, pa-  
tris patrati opera autoritasque exigebatur.  
Ad patrandum enim, id est, sanciendum iu-  
ratmentum, ubi de foederibus conuenerat,  
admitti consueuere. Creauit autem M. Va-  
lerius primus fecialis Sp. Fusii, primum  
Patris pa-  
trati par-  
tes.

Liu. \* tan-  
gens,

patrem patratum, eo bello quod Tullus  
Hostilius cum prisca Latinis gessit, uerbe  
na caput capillosque cingens. Alias præte-  
rea partes, scilicet repetendi, patri patrato  
dedit Ancus Martius, eum morem ab anti-  
quissima Aequicolor gente repetens. Ei-  
us rei formula antiquissima, est huiuscemo-  
di: Legatus idemque pater patratus, ubi ad fi-  
nes eorum uenit, unde res repetuntur, ca-  
pite uelato, (filum lanæ, uelamē est) Audi  
Iupiter, inquit, audite fines, (cuiuscūque gé-  
tis sint, nominat) audiat fas, Ego sum pu-

blicus nuncius populi Romani, pie suscep<sup>tus</sup>  
 legatus uenio, uerbis meis fides sit, Pera<sup>s</sup> Liu. \* uer  
 git deinde postulata, inde louem testem fa<sup>bisq;</sup>  
 cit. Si ego iniuste impieq; illos homines il  
 lasq; res dedier populo Romano, mihi' q<sup>b</sup> Liu. \* de-  
 exposco, tum patriæ compotem me nun-  
 quam finas esse. Hæc cum finis supra scan-  
 dit, hæc quicunq; ei primus uir obuius fu-  
 erit, hæc portam ingrediēs, hæc forum in-  
 gressus, paucis uerbis carminis concipiens  
 dīq; iurisiurandi mutatis, peragit. Si non  
 dedūtur quæ exposcit, diebus trib⁹ & tri-  
 ginta (tot enim solennes sunt) peractis, bel  
 lum ita indicit: Audi Iupiter, & tu Iuno, ac  
 Quirine, dñ' q<sup>b</sup> om̄es cælestes uoscq; terre-  
 stres, uoscq; inferni audite. Ego uos testor,  
 populum illum (quicūq; est, nominat) in-  
 iustū esse, neq; ius persoluere. Sed de istis  
 rebus in patria maiores natu consulemus,  
 quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum  
 his nuncijs Romam ad consulendum re-  
 dit, confestim rex, dīctator, cōsul, siue quis is nūcius  
 ali⁹ senatum habuerit, ex his ferme patres  
 consulit uerbis: Quarum rerum, litiū, cau-

sarum condixit pater patratus populi Ro-  
mani Quiritium, patri patrato priscorum  
Latinorum, hominibusq; priscis Latinis,  
quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec sol-  
uerunt, quas res fieri, dari, solvi oportuit.  
Dic (ingt ei, quem primum sententiā ro-  
gat) quid censes? Tum ille: Puro pioq; du-  
ello querendas censeo. Itaq; consentio con-  
sciscoq;. Inde alij ordine rogabantur: quan-  
doq; pars maior eorū qui aderat, in eandē  
sententiam ibant, bellum erat consensu fi-  
eri solitum, ut feciales in iactu hastæ, ut di-  
ctum est, bellum indicerent.

## IN CAPVT X.

**P**rincipium huius capitinis constat fuisse mendosif-  
simum. Quis enim ita loquitur: Aliquanto etiam  
longe absuisse apparet? Et ut donemus ita dici, quo-  
modo cohæret cum superiori sententia? Breuiter, mihi  
ita legendum esse uidetur: Patris patrati sacer-  
dotium, et si apud Liuum à feciali haud differre ui-  
detur, aliquando etiam idem fuisse apparet, tamen  
quod inter nomen istius illiusq; non nihil interesse ui-  
deatur etc.

Ab antiquissima Aequicolorum Aequicolarum le-

gendum esse appareat. Horum metropolis fuit Nursæ arum, in Sabinis, cuius meminit Vergilius in septimo his uerbis:

Et te montosæ misere in prælia Nursæ  
Ufens, insignem fama & felicibus armis.

Horrida præcipue cui gens, assuetaque; multo  
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis,  
Armati terram exercent, semperque; recentes  
Conuictare iuuat prædas & iuuere rapto.

Audi Iupiter, & tu Iuno &c.) Antiquitas tripli-  
cem deorum ordinem constituit. Primus habet cæle-  
stes, inter quos primatum tenent duodecim illi, quos  
magnos appellant, & selectos deos, quorum nomina  
Q. Ennius uno disticho complexus est:

Iuno, Vestis, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Secundus eos, quos medioxumos Apuleius appellat,  
qui quum cælo quidem non satis digni sint habiti, tæ-  
men ob nirtutes, quibus prædicti fuerunt, iniquum ui-  
sum est, eos ad inferos detruidi. In horum numero sunt  
herorum ac magnorum virorum animæ, quas partim  
in aere, partim in terra iuuere credebât. sunt & fau-  
ni, & satyri, & nymphæ. Tertius, Plutonem cum suo  
tartareo satellitio. Quum itaque pater patratus hos  
tres ordines testaretur, nullum deorum uisus est præ-  
terire. Sic Plautus in Cistell. At ita me dij deæque; supe-  
ri, inferi & medioxumi &c.

Quarum rerum, litium, causarum condixit pater patratus &c.) Exemplaria habebant, conduxit. Sed legendum est, condixit, suffragatibus exemplaribus Liuiianis. Est enim codicere, duorum aut plurium in- uicem denunciantium aliquid.

Quas res nec dederunt, nec &c.) Quidam codi- ces Liuiani habent: Quas res dari, fieri, solui oportu it, eas res nec dederunt, nec soluerunt, nec fecerunt. Ea lectio mihi magis probatur.

Puro pioq; duello) Duellum, autore Festo, bellum est, in quo à duabus partibus de uictoria contenden tibus dimicatur.

De sacrorum rege. Cap. XI.

**R**Ex sacrorum, qui & sacrificulus dici tur, creari coepit est Iunio Bruto & M. Valerio primis consulibus. Eius crean di occasionem dedit, quod cum nuper exa ctis regibus pleraque sacra à solis regibus obiri consueta, regum exactione uacare ui derentur, idq; moleste admodum populus ferret, utpote quod cultui diuino regū ex actione uideretur derogatū, sacerdotē cre ari placuit: quem, quo minus eidem auto ritatis \* inesset, regio nomine decorarūt, sa crorum regem appellantes, Subiecerūt ta

\* decesser

men pontifici maximo, \*ne similis dictioni  
fuisset suppositus, iam exacti reges, redu-  
cti reges esse uiderentur, uel crederentur.  
Quæ uero huic partes iniunctæ essent, nunc  
temporis minime reperiuntur,

## IN CAPVT XI.

**I**Am exacti reges, reducti reges esse uideretur) Nō  
uidetur integer locus. Quid si legas, pro exactis  
regibus reducti reges esse uiderentur?

De simulacri traiectione matris deorū.

## Caput xij.

**G**Allos quidem Berecynthiæ, siue il-  
lam deorū matrem dicere mauis, de-  
dicauit antiquitas, eamq; religionē ut ple-  
rasque alias, ē Phrygia Romam reduxit, &  
eo quidem tēpore, quo huiuscemodi car-  
men ex libris sibyllinis relatum est:

Mater abest, matrē iubeo Romane regras, Ouid, lib.  
4. Fastor.

Cum ueniet, casta est accipienda manu.  
Hoc respōsum cum diu torqueret patres,  
(quæ enim mater esset, aut unde petenda,  
non satis reperire poterant physici) Apol-  
linis oraculū consultū misere: missi, huiusc-  
emodi respōsa attulerunt: Diuūm, Apo-

\* in Idæo lo inquit, accersite matrem, quā \*Idæo quod dem iugo reperietis. Missi ergo in Asiæ legati, datum negociti, ut perquisitum ac tandem compertum deæ simulacrum Romam reducerent. Sed cū Attalus rex Asiæ, comperti à legatis simulacri traiectione negaret, Romanis frustra iam abire paratibus, uocem eidē auditam & creditam esse deæ ferunt: ipsa, inquit, peti uolui, Romam' quod, quod deorum omnium dignum domiciliū est, deduci. Quo miraculo exterritus Attalus, Romanis illico simulacri translatiōnem concessit. Mari ergo transiecto Romanam, ut traditum est, cum Tiberi nauis simulacro onusta uectaref, omni genere hominū ex urbe prodeunte cum carminibus, sacrisque, in sicco littore adhæsisse ferunt. Et cū omnis multitudo funibus iniectis, summo conatu admitteref, nulla tamen uia auelere hærētem ualuit. Erat autem in turba Romanorum Claudia Quinta vestalis uirgo præstantissimæ formæ, cuius exquisito habitu, multis' que pleno illecebris, uiolatae eius uirginitatis publica suspicio circunse

rebatur. Procubuit ergo puella ad pedes si mulacri orans, obtestasq; deam, sic inquit: Læsa uirginitatis me ream criminatur, tu um dea testimonium, uti rem indices, quæso: ut si tuo dānata testimonio dea fuerim, admissa morte luam: sin hac labe puram argueris, tunc tu castissima castas manus prosequere obsecro. Vbi hæc dixit, restat quæ alligata erat nauis, manu arrepta, manū puellæ parum admodū conātis, facilī tractu prosecuta est hoc pacto in urbem. Scipio Nasica solus dignus, cuius manibus tangere retur, recipeturq; simulacrum, iudicatus est. Datum ergo Scipioni negotiū, ut templum deæ magnifice strueret, & eius cultui sacerdotes dedicaret, q;s more deæ uestito spadones esse oportebat, non alio patto ad id sacerdotium legēdos. Cuius qui dem instituti, hoc in causa fuisse cōmemorant, dilexisse Cybelen puerum quendam Phrygium, dilectorq; hanc cōditionem adiecerat, ne castitate polluta admitteret, puerum tamen nympham Sangaridem depetrisset, & cum apud eam sub arbore ei nympha

Gallorū  
sacerdotis  
origo.

phæ dicata, una quiescerent nocte dormientes, deam arborē cum ipsa nymp̄ha trucidauisse, adolescentem metu ferè exanimatum, in uicinum montem, cui nomen Dindyma est, cōfugisse; doloreq; amentem, pudoreq; admissi facinoris, membrū quo desiquerat, abscidisse. Hac ratione facti dea memor, per eiusmodi homines perpetuo sibi ministrari uoluit. Gallorum uero nō mē à flumine Phrygiæ uetusto, quod templo huius deæ uicinum est, tractum ferūt, cuius(ut ferūt) fluialis undæ ea uis est, ut potantes insanire compellantur.

## IN CAPVT XII.

**D**iuūm, Apollo inquit, accersite) Ouidius:  
Consulitur Pæan, diuūmq; accersite matrem,  
Inquit, in Idæo est inuenienda iugo.

In sicco littore adhæsisse ferunt) Adhæsisse in sicco littore, pro hæsisse. Sic Cælius ad Ciceronem lib. 8. epist. 5. Sanè tāquam in quodam silice iam omnia adhæserunt. Item Ouidius lib. 4. Metamorp. Iunctioq; in corpore adhærent.

Cuius quidem instituti &c.) Hæc ferè omnia sunt apud Ouidiū lib. 4. Fastor. Fabulæ mysteria doctissimo carmine aperuit Lucretius lib. 2. cuius initium est,

Quare magna deūm mater, materc̄s ferarum.

De duumuiris sacrorum,

Caput xiiij.

DUrumuiris sacrorum, quantum monu-  
menta ueterum legendo consequa-  
tu*u*, sacris libris legēdis, carminibusque sibyl-  
læ, fatisque populi Romani interpretandis  
præerant, et Apollinis, sacrarumque cære-  
moniarum antistites erant: & quoties pro-  
digia magnos aliquos rerum euētus auspi-  
cantia emersissent, lectisternijs ad puluina-  
ria deorum factis, ut illorum minas auer-  
terent, supplicijs sacrisque placabant. \*Eorum <sup>Eodem</sup>

etiam ritu prospere gestis rebus decerne-  
bantur. Huius sacerdotij nullam antē men-  
tionem reperi, quam tēpore quo ædes Ca-  
storis per filium Posthumī secundi dicta-  
toris, qui tunc duumuir, dedicata est. Latia-  
no enim bello pater ipse dictator uouerat.  
Cæterum cùm multo tēpore duo ad hoc  
ipsum sacerdotiū uiri creati essent, ac plebs  
de suo quoque corpore creare consules per-  
geret, neque ad hoc ipsum satis uiris esset,

obtinuit tādem, ut qui duūuirī in eā diem  
 Decēuirī creati fuissent, decēuirī crearētur, qnq; ex  
 ē duumui patribus, totidē ex plebe electis. Quare ex  
 ris. duumuiris, decēuirī appellari cœpti sunt.

## IN CAPVT XIII.

**L**ectisternijs ad puluinār.etc.) Lectisternia erāt,  
 quum sacrorum gratia lecti in templis sterne-  
 bantur ad discumbendum, siue etiam pernoctandum.  
 T.Liuius lib. v. ab V.C. ita scribit: Tristem hyemem,  
 siue ex intemperie cœli raptim mutatione in contra-  
 rium facta, siue alia qua de causa, grauis pestilensq;  
 omnibus animalibus æstas exceptit. Cuius insanabili  
 pernicie, quando nec causa, nec finis inueniebatur: li-  
 bri sibyllini ex senatus consulto adiūti sunt. duumuiri  
 sacris faciundis, lectisternio tūc primum in urbe Ro-  
 mana facto, per dies otio Apollinem, Latonāq; & Di-  
 anam, Herculem, Mercurium, atq; Neptunū tribus,  
 quam amplissimè tum apparari poterat, stratis lectis  
 placauere. priuatim quoque id sacrum celebratum  
 est, tota urbe patentibus ianuis, promiscuoq; usu re-  
 rum omnium in propatulo posito, notos ignotosque  
 passim aduenas in hospitium ductos ferunt: & cū ini-  
 micis quoq; benignè ac comiter sermōes habitos: iur-  
 gijs ac litibus temperatum, uinctis quoque dempta in  
 eos dies uincula: religioni deinde fuisse, quibus eam  
 opem detulissent, uinciri.

Ad puluinaria) Puluinaria dicūtur quasi plumina  
ria, quæ capitibus dormituri supponimus. His i tem-  
plis quoq; deorū ueteres utebātur, in qbus imagines  
collocabātur, ut eminētiores uideretur. Si Acronem  
audias, etiā tabulata illa, in qbus simulacra collocan-  
tur, ut uideātur eminētiora, dicūtur puluinaria.

Supplicijs sacrisq;) Supplicium interdum quidem  
damnatio seu poena est, hic aut supplicatio, quēadmo-  
dum & apud Salustum: In supplicijs deorū magnifi-  
ci. Et alibi: Non uotis neq; supplicijs muliebribus de-  
orum auxilia parantur.

Quām tempore quo ædes Castori) Aulus Posthu-  
mius dictator, qui nihil (ut inquit Liuius) nec diuine  
nec humanae opis prætermittens, ad lacum Regillum  
aduersus Latinos prosperē pugnauit. Ibi Castori &  
Polluci, quibus dijs ueluti commilitonibus in ea acie  
usus creditur, ædem uouerat, quam postea eius filius,  
duumuir ad hoc ipsum creatus, idibus Quintilibus  
dedicauit.

### De septemuiris epulonum.

#### Caput xiiij.

**S**Epemuiratum epulonum, quāquam  
ut coniectari potest, genus esse sacerdo-  
tij præsumitur, propterea quod cū deuo-  
catione Vestalis sacerdotij agitur, filiæ au-  
guris, decemuiri sacrorū, flaminis, septéui

xi epulonum sacrorum, ab hoc sacerdotio excusationem merentur, inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur. Ut cunq; id fuerit, quoniam nihil quicq; de hac re mediocris etiam fidei, autoritatisq; reperi, quod huic ordini officium commissum esset, ausus ascerere non fui. Plinius tamen cum esset orationē habitur<sup>o</sup>, cum quasi propter futuros astates timeret, dixit: Stabat medio consularis modo septēuir epulonū. Sunt adhuc Romæ in pyramide qdrata incisa hæc uerba: Opus absolutū diebus cxxx. è testamento C. Cornelij trib. pl. septēuirī epulonū.

## IN CAPVT XIII.

**S**Septemuiratum epulonum, quanq; etc.) Certū est, sacerdotij genus hoc fuisse, & antiquum fuisse. uerum de etate eius senondum legisse fatetur Pomponius Lætus. Lucanus lib. I. inter sacerdotia numerat, hoc uersu:

Septemuirū epulis festis, Titijq; sodales.

Et Cicero tres ab initio fuisse asserit. His additis duobus, facti sunt quinq;: ac tandem iterum duobus, septem. De officio eorum hæc legi: In Capitolio stratis tribus lectuīs, cōuiuum apponebatur tribus dijs, ioui, luponī & Mineruæ, Iupiter uero, id est, simulacru

Iouis, statuebatur in lectulo recubās: iuno & Miner-  
ua in sellis considebant. Sed appositis epulis, non ipsi  
dij, sed septem epulones conuiua celebrabant.

## L. FENESTELLAE

DE ROMANORVM MAGI-  
STRATIBVS LIBEL  
LVS ALTER.

### Præfatio.

**S**ED quoniam nunc de religiōnē magistratibus, qui ad religiōnē non pertinent, tractare intēdimus, alij quidē om̄iū magistratuſī maiores, alij vero mīores sunt. Qui maiores, q̄ ue mīnores essent, paucis animaduertendum est. *Gel. li. 13.* Nam Aulus Gellius pleraque hac in re ex *cap. 14.* M. Messalæ auguris libris dicta reliquit, cui⁹ uerba hæc sunt: Patritiorum auspicia in duas potestates diuisa sunt: maxima sunt prætorum, consulū, censorū; neque tam eorum omnisi inter se eadem, aut ei⁹ usdem potestatis sunt, ideoq; collegæ non

sunt censores consulum aut prætorū. Prætores, collegæ consulum sunt: ideo neque prætores aut consules cēsoribus, neq; consulibus censores aut p̄toribus turbant aut retinent auspicia. At censores inter se, rurū p̄tores consulesq; inter se & uitiant, & obtinēt. Prætor etsi collega cōsulis est, neq; prætorē, neq; consulem iure rogare potest, ut quidem nos à superioribus accepimus, aut ante hæc tempora obseruatū est. Et ut in commentario xiiij. Caij Tuditani patet, quia imperium minus prætor, maius habet consul, & a' minore imperio maius, à maiore collega iure \*rogare non potest. Nos his temporibus prætores prætre creante, ueterum autoritatem sumus se

Gell. \*co smitūs in auspicio cuti, neq; his \*auspicis in comitio fuimus. Censores æque non eodem rogātur auspicio, atq; consules & prætores. Reliquorsi uero magistratum minora sunt auspicia; ideo illi maiores, hi minores magistratus appellantur. Maiores, centuriatis (inquit) comitīs fūt; minoribus créadis magistratibus tributis comitīs magistratus, sed iu-

stius curiata dat lege. Ex omnibus his Messalæ uerbis, inquit, manifestū fit, qui sint minores magistratus, & quam ob rem minores appellantur. Sed & collegam esse prætorem consuli docet, quod eodem auspicio creantur. Maiora autem auspicia dicuntur habere, quia eorum auspicia magis rata sunt, quam aliorum. Consul ab omnibus magistratis, & comitiatum & cōcionem auocare potest. prætor & comitiatum & concionē usq[ue]quaq[ue] auocare potest nisi à consule. minores magistratus nusquam neque comitiatum, neque concionē auocare possunt. Ea re, qui eorum primus uocat ad comitiatum, is recte agit; quoniam bifariam cum populo agi nō potest. nec auocare aliud ali posset, si concionem habere uolunt, uti ne cū populo agant, quanuis multi magistratus simul cōcionem habere possunt. Ex his uerbis Messalæ manifestum est, aliud esse cum populo agere, aliud concionē habere. Nam cum populo agere, est rogare quid populum, quod suffragijs suis aut iubeat, aut ueteret. Concionem autem habes

Cū popu-  
lo agere.

Cōcionē  
habere. re, est uerba facere ad populum sine ulla ro-  
gatione.

IN L. FENESTELLAE LIBRVM  
SECUNDVM, QVI EST DE RO-  
manorū magistratibus, Scholia.

IN PRAEFATIONEM.

**P**Rætor, et si collega cōsulis est, neq; prætorem, neq; consulem iure rogare potest) Rogare hic po-  
situm est, ut apud T. Liuum in fine libri 6. ab V. C.  
ubi ait: Factum senatusconsultum, ut duos uiros edi-  
les ex patribus dictator populum rogaret. Et Cice-  
ronem lib. I. De diuinatione: Comitia consulibus ro-  
gādis habuit. Vbi rogare, est à populo suffragia cre-  
andis magistratibus petere, siue de magistratib. cre-  
andis populum consulere.

Maiores centuriatis) Cēturiata comitia interpre-  
tatur Budæus centuriatim ex censu & etate distri-  
buta. His enim populus per centurias ex cēsu & eta-  
te diuisus, suffragia ferebat. Illæq; centurie prero-  
gatiue dicebantur, quæ sorte primum eductæ roga-  
bantur. Erant alia comitia, quæ dicebantur curiata,  
in quibus populus promiscue suffragia ferebat, tri-  
butim tamen distinctus. Ea arbitror hic tributa co-  
mitia dici. Nam Budæus ex Gellio docet, minores ma-  
gistratus curiatis comitijs creari.

Sed iustius curiata datur lege) Leges curiatæ à curiatis comitijs dictæ sunt, id est, tributim coactis, auctore Budeo. His enim comitijs dantur leges, quibus omnes ordines ferunt suffragia.

Quoniam bifariam cum populo agi nō potest) Bifariam, id est, duobus magistratibus celebratibus comitia creandi noui magistratus. Sic Petrus Mosellanus in Au. Gell.

Quanuis multi magist. s. c. h. p.) Quanuis, id est, quantilibet, inquit Petrus Mosellanus. Porro in exē plaribus Fenestella scriptum erat possint, sed legendum est possunt.

### De senatorum origine.

#### CAP. I.

**S**Enatorum originem à Romulo institutam esse, nemo ambigit: quippe qui urbis parens & conditor, cum iam nouam ciuitatem, viribus & robore iuuenum affatim à se munitam cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si eandem consiliij operi fulsisset, ex primoribus qui tūc aderant, civibus, centum numero elegit, quos ob honorem patres, ob ætatem senatores appellauit, ut apud Lacedæmonios senes appellarentur eos, qui summum quendam magistra Patres senatores.

Locus est tū gerunt, Cicero ait. Qui uero ex his pri-  
 apud Ci- ceronē in morib⁹ cētum patrib⁹ geniti sunt, patriti⁹  
 Catōe ma nuncupati sunt. Hunc ordinē mox Tullus  
 iore, Hostilius expleuit, Alba à se diruta, Alba-  
     nisq; in urbē inductis. Tū Tullios, Seruili  
 \*Chlæli- os, Quintios, Geganiōs, \*Clodiosq; senato-  
 os. res accepit. Exactis autem regibus Brutus  
 consul exhaustum bonis uiris senatum in-  
 tuens, primores equestris ordinis adscribi  
 in senatores operam dedit, illosq; conscri-  
 ptos patres appellauit; ex quo tempore pa-  
 Patres cō trum conscriptorum appellatio locum ha-  
 scripti. bere instituit. Penes hos quidem senatores  
 adeò semper totius reipublicæ summa in-  
 nixa est, ut ne reges quidem, cōsules, aut di-  
 ctatores, aut aliis quispiā magistratus, in-  
 consulto senatu quippiam moliretur, ad-  
 eoq; ut cum Tarquinius Superbus pleraq;  
 præter senatus autoritatē decerneret, tum  
 demum amissio regio nomine, tyrannus ap-  
 pellaretur. Senatores uero triplicis ordi-  
 nis fuisse reperi; alij enim patriti⁹, alij peda-  
 ri⁹, nonulli uero conscripti appellabantur.  
 Patriti⁹ sunt hi maxime, qui centū illis pa-

tribus à Romulo lectis geniti sunt. Cōscriti  
pti uero senatores, hi qui regum, consulū,  
cēforum' ue decreto in senatum lecti sunt.

Pedarios autem senatores uarijs ratiōibus Pedarī.  
appellatos inuenio, alij enim, quod hi non  
haberēt sententiæ dictionem in senatu, sed De peda-  
in aliorum sententias pedibus irent, dictos rijs sena-  
pedarios putant. Alij, quod essent pleriqꝫ, lib. 3, c. 18,  
qui magistratus curules adepti, sella curu-  
li in senatum ueherentur: qui uero pedibꝫ  
iter facerent, pedarī nominabantur. Mar-  
cus autē Varro equites quosdam esse ait,  
quibus amplioribus magistratibꝫ functis,  
nōdum tamen à censoribus in senatores le-  
ctis, non esset ius dicendæ in senatu senten-  
tiæ, cum tamen in senatum uenire liceret.  
sed quas sententias principes dixerant, in  
eas descendebant. De ordine uero ac ratō Ordo con-  
one consulendi senatus, quæ hucusqꝫ repe-  
ri, ea potissimum adducam. Aliquādo em  
primo rogari mos fuit, qui princeps in se-  
natu à censoribus positus fuerat. nonnun-  
quam uero, ut hi prius rogarēntur, q̄ con-  
sules designati essent, institutum est. Ciceo-

ro autem in eo libro, quem inscripsit Cato  
nem maiorem de senectute, tantū aliquan-  
do senectuti honoris tributū scribit, quod  
ut quisque natu grandior esset, ita prior in  
senatu sententiam rogaretur. Vsu tandem  
introductum esse dicitur, ut quem consul  
ipse rogasset, is prior ex sententia uerba fa-  
ceret, alium tamen quam consularem virū  
rogari fas fuisse negant. Ex qua sane cōsue-  
tudine C. Iulius Cæsar in eo cōsulatu, quē  
gescit cum M. Bibulo, treis duntaxat uiros  
extra ordinē rogasse dicitur, M. Crassum,  
Cn. Pompeiū, & M. Catonem: pōst, Cn.  
Pompeium, ubi filiam sibi in matrimonio  
collocauit, rogare primum coepit. Cū ue-  
ro M. Catonem rogaret, atque idem cum  
consulebatur de republica, nimis forte dis-  
ceret, longioreq; proinde oratione utereſ,  
qua omne ferē tempus, quod est habendū  
senatui, tereret, Cæsar uiatorem uocauit,  
Marcumq; Catonem, quoniam finem non  
saceret, præhendi loquentem, & in carce-  
rem trahi iussit. Catonem, quum imperio  
pareret, senatus consurrexit, & ad carereſ

prosequebatur. Cui<sup>o</sup> rei quasi inuidia mo-  
 tus Cæsar, destitit, atq; emitti iussit. De mo-  
 re autem habendi senatus, M. Varro roga-  
 tu Pompej librum edidit, quū ille primū  
 consul cum M. Crasso fuisse designatus.  
 Creditur, quia foris militiæq; ad eam æta-  
 tem occupatus, uellet ciuilis consuetudi-  
 nis, cuius expers erat, fieri peritior. Sed eū  
 librum in ipsa Varronis ætate perfisse, idē  
 ipse in epistola ad \*Oppianicum scripsit. Gell. \*Op.  
 Qua in epistola multum scribere Varronē pianum.  
 id genus, Aulus Gellius in commentarijs Gel. II. 14  
 noctium Atticarꝝ refert. Primum ibi scri- cap. 7.  
 ptum fuisse, per quas personas haberī sena-  
 tum liceret, nominat dictatorem, consulē,  
 p̄torem, tribunum plebis, interregem, præ-  
 fectum, urbi; neq; ullis alīs ius fuisse sena-  
 tum frequentem fieri iubere afferit. Addit  
 deinde extraordinario iure tribunos mili-  
 tares, qui pro consulibus essent. Item de-  
 cemuiros, quibus imperium cōsulare tum  
 esset. Item triumuiros reipublicæ constitu-  
 endæ causa creatos, cōsulendi senatum ius  
 habuisse, De præfecto urbi Latinarum cau-

sa relicto, utrum senatu habere licet, nō  
satis conuenire ait. qui licere negat, quod  
ne ille quidem senator sit, proinde ius di-  
cendae in senatu sententiae nō habeat, in ra-  
tionem adducunt, eaq; aetate, quæ nondum  
senatoria sit, creari. Marcus autem Varro  
& Atteius Capito, ius esse præfecto urbi,  
senatus habendi aiunt. Quandoquidem &  
tribunis plebis, quanq; nō essent senatores,  
ante Accinium plebiscitū ius senatus ha-  
bendi esset. Scripserat etiam de intercessio-  
nibus, illis uidelicet ius intercedendi fuisse,  
qui uel ea potestate, uel maiori fuissent, ijs  
qui senatus consultum aut plebiscitum uel  
aliud decretum rogarent. De loco haben-  
di senatus, aut senatus consulti rogandi, ni-  
si in locis per augures constitutis, quæ tem-  
pla appellabant, haberri' rogari' ue posse ne-  
gabant. Vnde & in curia Hostilia, in Pom-  
peia, & post in Iulia, cū prophana essent lo-  
ca, templa per augures sunt constituta, ut  
in ijs senatus consulta more maiorum iusta  
fieri possent. De tempore uero habendi se-  
natus, ita disserit; Ante exortum, inquit, so-

Item aut post eius occasum, senatus consulatum irritum esse: opus etiam censorium fecisse, per quos eo tempore factum esset senatus consultum. De aetate autem senatoria; <sup>Aetas se-</sup>  
 etiam adolescentibus senatorum, senatum <sup>natoria,</sup> ingredi licuisse, ueterum monumenta legentibus appareret. Quo minus uero tandem in senatu illi aetati uenire liceret, Papyri Prætextati factum in causa fuit, ut Val. Maximus scriptum reliquit. Tunc igitur constitutum, ne cui paucioribus uiginti quinque annis nato, senatum ingredi liceret, ut est apud Plutarchum in uita Magni Pompei. Item apud ius civile Romanorum, quo nos etiam hoc tempore utimur, facile consipari licet. Qui uero senatum habiturus esset, eum auspicari primo atque immolare hostiam debere, idem Varro censebat. Docuit & de diuinis rebus, priusquam de huminis, ad senatum esse referendum. Item senatus consultum duobus modis fieri: aut per discessiōnem, si consentiretur: aut si res dubia esset, per singulorum sententiā. De pītentias ex quōris, <sup>Gel. \* sen</sup>

da senatori, qui quo tempore in senatu ue-  
nire debuit, non interfuerit. Quantum ue-  
ro ad senatorum familiām pertinet, senato-  
**Senatorię**  
**personę.** riarum personarum appellatione & uxor-  
es contineri decretum est. Adoptiuos au-  
**In Päd. li,**  
**i. ti. de se-**  
**natorib⁹,** tem filios, et si ante, quam patres in senatū  
essent ducti, sese in adoptionem dedissent,  
**hęc tra-**  
**duntur,** senatores esse placuit. Si quis autem ex pa-  
tritorum ordine, plebeio homini se in ad-  
optionem dediderit, patritium tamen ma-  
nere cautum est, quam legem ea tempesta-  
tenullam fuisse arbitror, cum Publius Clo-  
dius uir patritius, quo tempore tribunitia  
**quo, i. ut** potestate fungere, + qua aduersum Cice-  
ronem factione uteretur, plebeio homini  
se adoptandum præbuit. Contrā senatorū  
filiae, nisi quae senatorijs hominib⁹ nuptui  
traditae essent, clarissimarum fœminarum  
nomine non continerentur. Senatoris ue-  
ro filium a patre emacipatum, et si filij no-  
men iure ciuili amittit, senatoriam tamen  
retinere dignitatem creditur. Posthumū au-  
tem quanuis post patris mortē nascuntur,  
senatori tamē homines appellabātur; eum

uero, qui postquam pater senatu mot<sup>o</sup> est,  
 concipitur & nascitur, non esse senatoris fi-  
 lium Proculus & Pegasus opinabatur. Si  
 quis uero ante conceptus fuerit, quam ei-  
 us pater senatu amoueretur, non nocebit fi-  
 lio casus patris, quo minus senatoris filius  
 censeatur. Sed si pater ante, quam concipe-  
 ret filium, senatoriam dignitatē amiserit,  
 ac deinde cesserit, filij autem in cui potesta-  
 rem senatoris reciderint, et si non quasi se-  
 natore patre nati uideantur, senatorij tamē  
 esse censemuntur. Mulieres autem senatori-  
 bus primo, deinde inferioris sortis homini-  
 bus matrimonio collocatæ, clarissimarum  
 ordinis non sunt. Itaq; impetrare pleræq;  
 à principibus solent, ut nuptæ iterum infe-  
 rioribus uiris, in senatoria nihilomin<sup>o</sup> ma-  
 neant dignitate, ut dicitur Antoninū Au-  
 gustum Iuliæ Mameciæ cōsobrinæ suæ in-  
 dulsisse. Senatores uero senatorio ordine  
 amotos, quanuis capite non minuantur, &  
 ciuitatē retineat, iudicare tamē ac testimo-  
 niū dicere prohibet lex Iulia repetundarū.

IN CAPVT I. DE MAGISTRATIB.

**T**VM TULLIOS, SERUILIOS, &c.) LIUIUS AIT: PRINCIPIES ALBANORUM IN PARENTES, UT EA QUOQUE PARS REIPUBLICÆ CRESCERET, LEGIT, TULLIOS, SERUILIOS, QUINTIOS, GEGANIOS, CURIATIOS, CHLÆLIOS. QUARE APUD FENESTELLAM CURIATIOS OMISSUM EST, & PRO CHLÆLIOS, DE PRAUATUM CLODIOS.

PATRUM CONSCRIP. APP. LOC. HAB. INSTITUIT) INSTITUERE QUÄDOQ; INCIPERE SIGNIFICAT. PLINIUS: PRIUSquam id opus instituerem.

QUI PRINCEPS IN SENATU à CENSORIBUS POSITUS FUE-  
RAT) BUDAUS IN PÄDECTAS: ERAT AUTEM UNUS, INQUIT, IN  
SENATU, QUI PRINCEPS SENATUS DICEBATUR: QUOD GENUS  
HONORIS IJS TANTUM DEFERRI CONSUEUIT, QUI AUTORITATE  
& GLORIAM MAXIMIS IN REM PUB. MERITIS, PRESTANTI-  
SISQ; REBUS GESTIS, ESSENT CONSECTU.

TANTUM ALIQUANDO SENECTUTI HON. TRI. SCR. QUOD UT  
QUISQ; NATU GRANDIOR ESET &c.) SI GRÄMATICOS CONSU-  
LAS, ORATIO HÆC UIDEBITUR PARŪ LATINA.ILLI ENIM DOCËT,  
POST TAM, TANTUS, TALIS, ADEO, &c. & OMNINO UBI EUEN-  
TUS SIGNIFICATUR, PONENDUM ESSE VT, NON AUTÈ, QUÒD:  
UBI UERÒ CAUSA, QUÒD. APUD CICERONEM ORATIONIS FI-  
LUM REQUIREBAT, QUÒD: SED QUOD HUIC ORATIONI PARŪ  
FELICITER INTEXTUM UIDENTUR. ILLE SIC HABET: MULTA IN NO-  
STRO COLLEGIO PRECLARA SUNT, SED HOC DE QUO AGIMUS  
IN PRIMIS, QUÒD UT QUISQ; ETATE ANTECELLIT, ITA SENTEN-  
TIA PRINCIPATUM TENET.

EX QUÀ CONSUETUDINE &c.) LOCUS ERAIT DEPRAU-

tus. nos sic legendum censemus: Ex qua sanè consuetudine C. Iulius Cæsar in eo cōsulatu, quem gesit cū M. Bibulo, treis duntaxat uiros extra ordinē rogasse dicitur, M. Crassum, Cn. Pompeium, & M. Catonē: pōst, Cn. Pompeium, ubi filiam sibi in matrimonio collocauit, rogare primum cœpit. Hoc modo Fenestellam (aut quisquis tandem est libri autor) scripsisse puto. Gellius tamen non trevis, sed quatuor extra ordinē rogatos scribit. Præterea, quām Latinē dictū sit, ubi filiam sibi in matrimonio collocauit, doctis expendendum relinquo. Ego maluissim ei, quām, sibi. Porrò ordinis in rogandis sententijs à Cæsare immutati, meminit & Suetonius.

Ante Atinium plebiscitum) Plebiscitum, ut ex Capitone refert Gellius, est lex quam plebs, nō populus accipit. Vide Budæum in Pandect.

Scripserat etiam de intercessionib.) Intercessio, auctore Budæo, est quod oppositionem uocamus.

Posthumi autem &c.) Posthumus dicitur, qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum parentem ortus.

Quanuis capite non minuantur) Capitis diminutio, est prioris status permutatio, auctore Caio iuris consulto li.1. ff. tit. De capitis diminutione. Vide Boethium & Phil. Melanchthonē in Topica Ciceronis.

## De tribunis celerum equitum,

## CAP. II.

**T**RIBUNOS celerē equitū primus Ro-  
mulus creasse fertur, cum tres equitū  
centurias, quarum opera in omni reipubli-  
cā discrimine uteretur, adscripsit. Eas cen-  
turias, Ramnensium, Tatiēsium, Lucerum  
appellauit, Ramnensium à Romulo, Tatī-  
ensium à Tatio; Lucerum uero denomina-  
tio, ut Liuio placet, incerta est. Quos autē  
tertios his p̄fecit uiros, quos ex tribus ele-  
git tribub⁹, tribunos nominauit. Fuisse au-  
tem numero trecentos ait equites, eo quod  
singulis curijs, quæ triginta erant, decē ad-  
sciuerit. Quod uero celerit accurrere eos  
uoluit, si quādo respublica illorum opera  
indigeret, appellari celeres uoluit. Sūt eti-  
am qui à Celere quodā, qui primus h̄s or-  
dinibus à Romulo præfectus fuerit, Remi  
interfectore, hoc nomen inditum esse opis-  
tentur, ut Ouidius in libris Fastorum signi-  
ficare intelligitur.

Ouidij lo-  
c⁹ li. 4, Fa-  
stor.

## IN CAPVT II.

**Q**VOS autē tertios his p̄fecit &c.) Locus pro-  
culdubio corruptus est. Mihi uidetur legendū

esse: Quem autem trecētis his præfecit uiris, quos ex tribus elegit tribubus, tribunū celerum nominauit. Plinius auror est, equites sub Romulo regibusq; cele res appellatos esse: deinde flexumines, postea trossu los. Aut pro tertios lege ternos. sic enim Varro ait: Tribuni militum, quod terni tribus tribubus Ramini um, Lucerū, Titiensium olim ad exercitū mittebātur.

## De quæstoribus. Cap. III.

**Q**uæstoribus creandis' origo uetus si sima est, & ante omnes penè magistratus instituti sunt. Gratianus autem in eo li bro, quem de temporibus scripsit, ipsum etiam Romulum & Numam, duos habuisse quæstores, quos ipsi non sua uoce, sed populi suffragio crearent, scriptum reliquit. Cæterum ut Romulum quæstores habuisse, non usq; quaq; notum est, ita Tullū Hostilium regem quæstores habuisse constare nequit. Quod uero publicæ quæredæ p<sup>e</sup> cuniæ \* p<sup>ro</sup>positi esset, appellatos aiunt. Quæstorum uero partim ærarī & urbanæ pecuniae curam agere, partim prouincias exigendis uectigalib<sup>o</sup> sortiri, pleriq<sup>ue</sup> (ut Grati anus dixit) epistolis in senatu legendis o

\*inquit

\*præp.

Candidati principis cupari; h̄c nuncupati, candidati principis.  
 Nonnunquam autem maleficia conquire-  
 re, quæstorib⁹ negocio traditū est, ex quo-  
 rum exercēdis quæstionibus, quæstores di-  
 ges fuisse M. Marro opinari uideſ. Quæ-  
 stores, ut ferè omnes reliquos magistratus,  
 tam plebeios quam patrītios, pmiscue cre-  
 ari obtinuit. quæ potestas, quoniam mino-  
 ribus adscribitur, neq; præhensionem, ne-  
 q; uocationem habet: & quemadmodū pri-  
 uati, in ius ad prætorem uocari solent. Ea-  
 dem gerendorum honorum, dicendæq; in  
 senatu sentētiæ initium fuisse perhibetur.  
 Etiam quia de capite ciuiis Romani iniussu  
 populi, non erat permisum consulibus di-  
 cere, propterea quæstores constituebantur  
 à populo, qui in capitalibus præsident res-  
 bus. ñ appellabantur quæstores parricidiij,  
 res parci: quoq; & meminit lex duodecim tabular̄,  
 cidiij.

## IN CAPVT III.

**I**T A Tullum Hostiliū &c.) Primo ff. tit. 15. ita scri-  
 bitur: Sed sicuti dubium est, an Romulo et Numa  
 Pompilio regnabitibus quæstor fuerit, ita à Tullo Ho-  
 stilio rege quæstores fuisse certū est, quare ego apud

Fenestellam pro nequit, inquit legendum puto.

Quæstorem uero ærarij &c.) Locus erat mendo-  
fissimus. Ego sic legendum & intelligendum censeo:  
Quæstorum uero partim ærarij & urbanæ pecunia  
curam agere, partim prouincias exigendis uedi-  
libus sortiri, plerique (ut Gratianus dixit) epistolis in  
senatu legendis occupari: iisque nuncupati, candidati  
principis. Hic sensus & uerissimus est, & apertissi-  
mus, modò animaduertas, agere pro agebant, sortiri  
pro sortiebantur posita: item occupari pro occupa-  
bantur: deinde relatum ijq; referre tantum eos, qui  
epistolis in senatu legendis occupabantur. Hoc enim  
liquet ex lib. I. ff. tit. De questoris officio.

### De interregia potestate.

#### Caput IIII.

**R**omulo ergo humanis iam reb<sup>o</sup> sub-  
ducto, fluctuantibus patru animis, q  
pacto rempublicam procurarent, quem in  
demortui regis locum suffecturi aut quo  
tandem pacto essent, ne noua multitudo si-  
ne rege ac duce passim uagaretur, ac uici-  
norum tandem irritatis animis, urbem re-  
store uacuā uis aliqua externa adoriretur,  
difficultati rerum consulere rati, centū pa-

Ex singulis, s. decuris factis, singulos ex singulis legunt, qui summæ rerum præcessent.

Decuriae patrum. Ex his unū qui cū insignib⁹ imperij & fasci bus esset, decernunt. Quinque dierum spatio finiebatur imperium, eoq; pacto uicissim inter se sortiebantur, dum orbe exacto annus circumageretur. Sed huius imperij cum iam ptaesum uideretur, ac plebs pro uno rege, centum sortitū esse quereretur, audirentq; ea moueri patres, qui uel imperium poscituri esse uidebantur, per speciem raro usurpatum.

Poscituri, statuuntq; ne plus juris ac potestatis futuro regi permitterent, quam apud se retinerent; simul decernunt, quem populus ipse regem iussisset, ita demum ratus haberetur, si patres autores extitissent. Tum interrex cōcione ad vocata; Quod bonum, faustum, felix' q; sit, inquit, Quirites, regem create, si dignum, qui secundus à Romulo fit, creaueritis, patres autores fient. atq; ea cōditione regem creabant, apud quem summa rerum erat. Dū regia potestas uacans erat, interrex ap-

Interrex.

pellabatur. Apud minores uero Romanorū cum reipublicæ causa abessent consules, neque habendis comitijs interesse possent, siue uitio consules creati essent, si dictatorem comitiorum causa dici non placuisset, res ad interregē deducebaſt, ac p̄ interregē cōſularia comitia habebant.

### De duuumuiris capitalibus.

#### Caput V.

**S**I duuumuiratus capitalis repetere originem uolueris, usq; à Tulli Hostili regis temporibus erit repetenda. Is enim bellum cū Albanis gesturus, copias iam ē \*campis in aciem eduxerat. Tum Metius Suffetius Albanorū dux, regem Romanorum ad colloquium uocauit. q ubi in conspectum uenerunt, diu de conditionibus pacis inter eos agitatum est, hanc tandem cōditionem inierunt: Erant in exercitu Albano trigemini fratres, qui Curiatij appellabātur, ut hi cum trigeminis Horatijs Romanis ferro dimicaret, utrius exercit⁹ uictores essent, is populus cū bona pace alteri imperaret. Armati era-

go hinc Horatiū, illinc Curiatiū, in campū prodeunt; diu uario marte pugnāt, ad extreum tres Curiatī, atq; nū quidem oēs saucī, duos ex Horatiis obtruncant, tertio integrō relicto Iuuenis ergo integrer

**Aut omittit corporis animiq; viribus, ne si stando tu tendū ē il ludi, si, aut tari ictus non posset, ambire campum in legēdū ē, stituit, ex Curiatiis, qui ualidior erat, mensistendo.**

tu exanimatum fugere ratus, persequi illum, ægre licet, pergit. Horatius ubi alterum longe ab aliis esse cernit, Curiatum aggreditur, parumq; ualidum facile obtruncat. Accurrentem fratri ferre auxili-

**Accurrens tē fr. ferre &c. rara locutio apud Latini nos, Græcis familiarior.** um, primo illo etiam infirmiore, & uix sustinentem arma, facilius occidit. Tertium graui uulnere, metuq; grauiore, minore negocio confodit. Iuueni ergo Horatio omnium consensu gloriosissimus triumphus decernitur. Triumphantē ergo, cum omne genus hominum, tum Horatia soror uenit obuiam. Hæc Horatia alteri ex Curiatiis forte desponsata fuerat: quæ ubi cōspexit occisi nuper à fratre ui

ri pendentes ab hasta exuuias, lamētis &

fœmineo eiulatu complebat omnia, cuius  
us rei indignatiōe sororem interfecit, ra-  
tus publicam lātitiam turbasse. Trium-  
pho ergo acto, Horatius ad regem trahi-  
tur, in carcerem seruandus traditur. Er-  
go omnium sententia Horatium damnat  
capite, sed recēs tam insignis facti memo-  
ria, permultum fauoris a' rege ipso sibi  
uēdicat. Dilationē ergo iudicij rex quæ-  
ritas, tum primum duos viros creat, quæ-  
stionem iudicij ab se ad illos reiçit. quid  
plura? duumuiri plectendum capite Ho-  
ratium pronunciant. sed Horatius ab il-  
la sententia populum appellat, res ad po-  
puli iudicium reiçitur. Tum uero senis,  
orbiq; trium liberorum parentis lachry-  
mis, & pro cōcione orationibus\* acta, in=  
signis actae rei memoria, reum iuuenem  
populus absolvit. Tum ergo duumuiris  
capitalibus initium esse cœpit, unius ta-  
men augmento, triumuiri collegæ facti  
sunt. Quod uero capitalibus quæstioni-  
bus præsident, & carceris rerum capitali-  
um agerent custodiam, capitales appella-

Illud a & a  
superflui  
cessetur.

ti sunt, cui<sup>o</sup> etiam magistratus in damnatione <sup>s.</sup>C. Manlii Capitolini opera usum  
Liuius li. populum Romanū Liuius meminit. Eo  
s. ab V.C. runderem interuentu triumvirorum, in eos  
qui cū L. Catilina coniurauerant, animad-  
uersum est, ut meminit Salustius.

De præfecto urbis. Cap. vi.

**D**E præfecto urbis nusquam antea q̄e  
quam reperitur, quam de Sp. Lu-  
cretij patris Lucretiæ præfectura; non ta-  
men alios reges præter Tarquinium Su-  
perbum, præfectos urbi creare potuisse  
negauerim. Quò sese res uertant, quum  
regibus proficiisci opus foret, penes præ-  
fectum urbis summa rerum relinqueba-  
tur. Vbi autem imperium propagatum  
est, toti<sup>o</sup> Italiae iurisdictio ad præfectum  
urbis delata est. Omnia enim crima, quæ  
per totam Italiam admittebantur, ut epi-  
stola diuī Seueri ad Fabiū Cylionē cau-  
tum est, præfectus urbis sibi uendicat. In  
initio uero ei<sup>o</sup> epistolæ ita scriptum est:  
Cum urbem nostram fidei tuæ commis-  
tim<sup>o</sup>, quicquid intra urbem admittitur,

ad pfectum urbis uidetur pertinere. Sed  
 & si quid intra centesimum lapidem ad= P. ad eadē ferē  
ad uetibū  
pdita in  
Pande. de  
offi. præ-  
fect. urbis  
 missum sit, præfeti urbis ad cognitionē  
 pertinet. Si ultra centesimum lapidem  
 admissum fuerit, urbis præfeti notio nō  
 erit. Audiet seruos qui ad statuam confu-  
 gerint, aut qui de dominis cōquerantur,  
 quod de suo peculio empti, nō manumit-  
 tantur. Audiet dominos egētes, & qui se  
 ægros esse dicant, desiderētq; sibi à liber-  
 tis suffragium impendi. Relegādi etiam  
 deportādiq; in insulam, potestatem præ-  
 fectus huiusmodi obtinet. Si quis autem  
 seruum suum in uxorem suam adulteri-  
 um commisisse asserit, apud præfectū ur-  
 bis erit audiendus. Neq; est alienū ab ei-  
 us potestate, ut coram ipso interdicatur,  
 quod ui aut clām exercetur. Solent item  
 ad præfectum urbis, tutores curatoresq;  
 remitti, qui male in tutela curaç; uersati  
 fuerant, qui'q; grauiore animaduersione  
 quam ut suspectoç; crimen incurvant, in-  
 digēt, seu quos probari possit, datis num-  
 mis tutelam occupasse, seu accepta mer-

cēde operam dēdisse, quo mīnus idoneus  
tutor assignaretur alicui, uel cōsulto cir-  
ca edendum patrimonium eius quantita-  
tem minuisse, siue euidenti fraude pupili  
li bona alienasse. Id quoq; iniunctum est  
huic magistratui à diuo Seuero, ut māci-  
pia tueat, ne prostituātur. Curare præte-  
rea pfectus debet, ut nūmulari probē se  
agant circa suæ professionis negocia obe-  
unda, tē perentq; ab h̄s quæ leges non ad-  
mittunt. Si autē patronus se à suo liber-  
to aut docuerit cōtemni, aut cōtumelio-  
sum sibi libertū querat, siue se cōuicium  
ab eo passum, liberos' ue suos uel uxorē;  
aut quid simile obiectū fuerit, pfectus  
urbis adiri solet, & pro modo querelæ,  
corrigere eum aut comminari, aut fusti-  
bus castigare, aut ulterius pcedere in pœ-  
nam eius solet. Quod si delatsū se à liber-  
to, aut contra se cum inimicis conspirasse

In ff. p, in doceat, etiam\* in re tali pfect⁹ in eum  
retali, pœnam constituet. Cura etiam rei macel  
metalli. Iariæ om̄is, ut iusto precio ueneat, ad offi-  
cii pfecti pertinet; & ideo forū boari

um, suarū, piscarium, & olitorū, ad eun  
dem pfectum pertinet. Ad tuendā quoq  
populorū qetem dispositos stationarios  
milites habere debet, curareq; ut sibi, qd  
ubiq; agit, per delatores denūcietur. Po  
test etiā urbe interdicere, negociatione,  
profectiōibus, aduocatiōibus & foro, ad  
tempus & in perpetuū. Sed quī multo  
tēpore praefectus urbi creatus fuerit, de  
mum illius ditione ad prætorē translata,  
Latinae feriae duntaxat causa creari cœ  
ptus est. Et cū cæterorū omniū magistra  
tuū fora gescerent, soli præfecto urbi La  
tinorū subiacent, ne q̄s alteram magistra  
tuū speciem arbitraretur. Pleraq; quæ ad  
præfecti ditionem pertinere uidebātur,  
de industria omissa sunt.

## IN CAPVT VI.

**Q**uod de suo peculio &c.) Peculium hoc loco  
qid esse, quod seruus habet suum, manifestum  
est. Alioqui quid significet peculium, multis docet  
Laurentius Valla lib. 6. Elegantiarum cap. 40. An  
dreas Alciatus de uerborum significatione Lau  
rentium reprehendit. Qui uolet, legat. Nobis non  
est uisum his immorari.

Audiet dominos egentes) in ff. ita scriptum est:  
 Sed & patronos egentes, de suis libertis queren-  
 tes audiet: maxime si ægros se esse dixerint, deside-  
 rentq; à libertis suis exhiberi. Quare apud Fene-  
 stellam non, à liberis, sed à libertis, legendum est. Et  
 pro dominos, suspicor legendum esse, patronos. &  
 suffragium, pro quocunq; subsidio seu adminiculo  
 auxilioue posuisse uidetur.

Solent item ad præf. ur. tut. cur. &c.) Tutores  
 sunt qui dantur pupillis ut eos tueātur, hoc est, de-  
 fendant. Curatores uero, autore Festo, sunt qui pu-  
 pillis loco tutorum dantur.

Quām ut suspectorum crimen incur. &c.) Suspe-  
 ctorum legendum est, non spectatorum, ut quidam  
 codices habebant. Est autem sensus: quām ut suffi-  
 ciat eis suspectorum infamia. Porro suspectum tu-  
 torem facere, est detegere & iudici approbare su-  
 spicionis causas, inquit Andreas Alciatus. Infamia  
 autem capitalis poena apud iurisconsultos haberit so-  
 lita est: quoniam famæ periculum, uitæ æparatur.

Vel consulto circa edendum patr.) Edere, auto-  
 re Budæo, dicebant, quod nunc per scriptum dare,  
 uel per declarationem, dicunt.

Etiam in re tali præfectus in eum etc.) In ff. scri-  
 ptum est: Etiam metalli in eum poena statui debet.  
 Hoc autem significat: damnabitur in metallum, id  
 est, poena ei esto, in metallorum fodiinis laborando

fodiendoq; uitam finire. Cura etiam rei macellariae) Laurentius Valla lib. 4. Elegant. cap. 35. dubitat, utrum macellum tantum significet locum in quo carnes ueneūt, an etiam ubi annona, id est, anni alimonia. Certē hoc loco manifestum est, rei macellarie nomine non tantum carnes intelligi, uerum etiam cætera ad uictum pertinentia. Et Donatus in Eunuchum Terentij ait, macellum à Macelio quodam latrone dictum locum, ubi ueniret ea que uescendi causa in urbem erant allata.

Stationarios milites habere deb.) Hi sunt praesidiarij, quos ordinarios appellamus, qui in locis hostium finitimis stationes agitare solent, ad repentinus hostium incursus intenti.

Aduocationibus) Aduocare, est ad consilium opitulationemq; causæ prestandam amicos accersere. Inde aduocati, quos Vlpianus ait omnes omnino accipiendos esse, qui causis agèdis quoquo studio operantur. Et aduocatio hodie consilium appellatur, id est, causidici et cognitores, omnesq; qui quasi uatores causæ dati sunt, quum unus sit actor causæ. Autor Budæus in Pandect.

Et cum cæterorum omnium magistrat.) Huc locum video esse depravatissimum, sed utinam tam uidelicet quomodo sit corrigendum. Hoc in presentia rum doctiori alicui excutiendum relinquam.

De consulibus. Cap. vii.

Consules  
unde di-  
cti,

**C**onsularem potestatem regiae potes-  
tatis exemplo accersitam fuisse, ue-  
tustatis monumēta declarant. Exactis em̄  
regibus, duo uiri creati sunt, quibus, præ-  
ter q̄d annū imperiū datum est, ni-  
hil aliud immutatum est. Itaque lictores  
& trabeam, cæteraq̄ regū insignia tenue-  
re. Quod consulere reipublicæ deberet,  
consules appellauere. In iunctūq; ut om̄i  
um quæ è republica fore arbitrabantur,  
diligenter curam agerent. Primi consu-  
les post exactos reges fuere L. Junius Bru-  
tus, & L. Tarquinius Collatinus. Brutus  
cum collega egit, ut penes alterum dun-  
taxat fasces forent, ne si penes utrungq; po-  
pulus cōspexisset, duplicatum terrorem  
ex uno ad duos reges quereretur. Duode-  
cim erant numero lictores, qui cum fasci-  
bus uirgarum securim cuique cōsulum  
præferebant. Quem numerum lictorum  
collegisse Romulum ferunt, eo quod du-  
odecim uultures in Auētino monte, quū  
augurijs cū fratre contenderet, inspexit.

Nonnullis autem atque idoneis autoribus, hoc ut pleraq; alia, scilicet apparitores, sellam curulem, togā & prætextā ab Hetruscis finitimiis populis adsciuisse uerisimilius uidetur. Hetruscos enim quū duodecim populis constarent, rege communiter creato, unum lictorem regi singulos exhibuisse. Lictores autem à ligan  
Lictores.  
 do dictos existimant, quod quem consules præhendi ligariq; iussissent, praesto essent ad præhendēdum, & uenientes consulibus obuiam, de equo descēdere iubērēt. Iunio autem Bruto altero ex primis consulibus in bello extinto, cum solus P. Valerius in consulatu remāsisset (hic P. Valeri⁹ enim in Tarquinij Collatini locum suscep̄tus erat, quod ille ob inuisum Tarquiniorum genus se cōsulatu abdicare com pulsus esset) ut sunt mutabiles uulgi anni à principi, in ipsum non inuidia modo, sed su-  
vide T. Li-  
 uiū statī  
 pio lib. 2.  
 spicio etiam cum atrocī criminē oborta est. & quum consul, aduocata concione, se expurgasset, autor esse instituit ferendæ legis, ut aduersus om̄es magistratus

Inferior  
regiae po-  
testatis,  
Graeca co-  
structio  
uerius &  
Latina.

Torquati  
cognome

esser prouocatio. Tum uero consularis au-  
toritas, regiae potestatis lōge inferior es-  
se coepit, ac libertatis iacta semina, mirū  
in modum conualuisse uisa sunt. Consu-  
les nisi è patribus creari, quod apud ali-  
os auspicia non essent, religionē fore ali-  
quando creditum est. Profligato tandem  
Gallico bello, (eo scilicet quo T. Manili-  
us Torquat⁹, torque hosti Gallo, quem  
singulari certamine occiderat, detracto,  
Torquati cognomen sibi posteris q̄ suis  
clarissimum dedit) assiduis tribuniti⁹ se-  
ditionibus uicti, alterum ex plebe consu-  
lem creandum concessere, primus autem  
de plebe consul L. Sequatius creatus est,  
& cum antea tribunos militum, qui pro  
consulibus essent, ex suo quoque ordine  
creari plebs obtinuisset, s̄ a numero cre-  
ationi tribunorum, consularis potestatis  
intermissio occurrit, adeo ut duobus ali-  
quando, nonnunquam pluribus, s̄ a pe eti-  
am paucioribus annis consulare imperi-  
um uacauerit. De constitutione uero con-  
sularis potestatis, id uulgo compertum

est, habitis scilicet per consules, siue alterum duorum, siue per interregem aut dictatorem comitijs, quae tribuum centuriarumq; cōuentu ac suffragijs constant, & in campum Martium accitis, qui consularum petituri erant, in campū descendūt, atq; eo quod tunc cādidis uestibus induiti sunt, cādidiati uocantur. In quem igitur populi suffragia, consularibus habitis comitijs, suffragijsq; rite peractis, concurrebant, is erat consul designatus. Sed quoniam de comitijs habuimus mentionem, non incongruum est hic nonnihil ex ijs, quae ad nos usq; peruererunt, adscribere. Comitiorum enim alia calata, alia tributa nuncupantur. Calata uero dicta, quod per lictorem curiatim calari, id est, uocari. Ea uero in centuriata & curiata diuiditur. Curiata ex curijs, quae triginta numero erant, & omne genus ciuium continebat, per curiatum lictorem uocabatur. Centuriata uero per cornicinē ex censu & ætate accersebantur. Tributa uero ex omnibus regionibus urbis ac tribut-

Cādidiati.  
Comitio-  
rū diuers  
fitas

bus (ut reor) inficupata constabant. Centuriata autem fieri intra pomoerium nefas erat, quia exercitui (ut ferunt) nisi extra urbem imperari ius non fuit. Propterea cetera centuriata in campo Martio haberi, quod exercitui imperari praesidiij causa solitum sit. Illud præterea necessarium consulatum petebatibus, ut per seipso comitijs interessent; per alios petendi facultas nullo pacto decernebatur. Quin etiam perscribēdis ceteris magistratibus obseruatū video. Eam præterea potestatem, de qua agimus, & filij familiās, & sui iuris constituti, consequuntur, se quod ipsos apud se sua autoritate emancipandi facultas est. Tandem etiam institutum, ut qui consules fierent, ipso iure sine emancipatione a patriæ potestatis vinculo liberarentur.

## IN CAPVT VII.

**I**Taque lictores & trabeam) De lictoribus, sequitur: de trabea, uide Lazarum Bayfium cap. X. rei uestiariæ.

Scilicet apparitores) Apparitores, ministri qui magistratui semper aderant ad iussa capienda.

Religionem fore aliquando creditum est) Religionem fore, id est, conscientiae metum, & diis non placitum.

Per lictorem curiatim calari) Calari, id est, calamantur, infinitum pro finito. nisi uerbum aliquod desit, quod facile credidero.

Quinetiam perscribendis ceteris) Perscribere, est in tabulas publicas in actaq; referre: quod in registro scribere, uulgo dicunt, uocabulo à regestis corrupto, autore Budæo.

De dictatore. Caput viij.

**D**ictatorem Albanos priusquam Romanos habuisse, quippe qui Metum Suffetum habuerunt, testis est Titus Livius. Apud Romanos uero prim⁹ dictator factus est Titus Largi⁹ primum consul: quo anno, quibus ue consulibus, non satis constat. Illud uero liquet, Latino Sabino que bello impendente, \*quadraginta ue populis in Romanos coniūratis, concitante \*Mamilio Octauio Thu sculano, Tarquinij Superbi genero, q̄ ei anastropenes exulabat, dictatorem Romæ creaſt. phe. rī instituisse. Ea summa quidem potestas apud Romanos fuit, à qua nec prouocan-

\*caput. dī ius fuisse, & animaduersiōnē in\*capi  
 nauia ad uero pro te cuiusq; ciuis Romani, totiusq; reipu-  
 nū, ac blicæ summam ditionē penes ipsum fu-  
 cusatiuo gaudet, uniuersa regum insignia dictatori attri-  
 ppositioē in. buere. Quia autem summum ei in popu-  
 lum ius, summaq; potestas fuit, magister

populi cognominat⁹ est: ex quo factum,  
 ut qui potestatē aliquam de publico ha-  
 beret, utpote quod à suprema dictaturæ  
 potestate ortum duceret, magistrat⁹, uel-  
 ut à candido cādidatus, uocaretur. Dicta-  
 tor autem nullo alio pacto creari cōsue-  
 uit, quām cū uis aliqua maior de impro-  
 uiso oborta, ingentem urbi cladem mini-  
 tari uideretur. Prius non nisi ē patribus,  
 uelut pleraq; alia, dictatorem legi fas fu-  
 it. tandem, ut cætera quoq; idipsum im-  
 minutum est. Bello enim quod populus  
 Romanus cum Faliscis gessit Tarquinie-  
 fibusq; primus de plebe dictator creatus  
 est C. Marius Rutilius, qui & ipse magi-  
 strum equitum etiam de plebe hominem  
 \*C. \*L. Plautiū dixit. Hunc magistratū, quo-

niā quām amplissimus esset, non nisi sex  
mensēs retinere licuit. Quod uero futu-  
ros dictitatē magistrat⁹ solitus sit, appellat⁹  
dictator unde ap-  
latum esse dictatorem Marc⁹ Varro ait.  
pellatus.  
Huius etiam prætextu magistratus, Luci  
us Sylla ac deinde Iulius Cæsar rempu-  
blicam oppressere, tyrannidis inuisum at  
q; infame nomen euitare cupiētes. De di-  
ctatore ergo, quantum per ueterum dis-  
quisitionem licuit, diximus.

## IN CAPVT VIII.

**Q**uadraginta⁹ populis in Ro. c.) Liuius ait:  
Supra belli Latini metum id quoque accesserat,  
quod triginta iam cōiurasse populos, concitan-  
te Octauio Mamilio, satis cōstabat. Quare apud Fe-  
nestellam pro quadraginta⁹, lege trigintaq;.

Qui cum penes exulabat) Anastrophe est, notū  
schema. Sed uidetur præpositio penes, parum pro-  
prie hic posita esse pro, apud. Nam penes aliquem  
esse, est quodammodo ab illo possideri: apud aliquē  
esse, est qualitercunq; ab eo teneri, autore Vipiano  
de uerborum significatione. Sed sciendum quod pe-  
nes, apud doctos interdū pro apud ponitur, ut apud  
Terētium in Adelphis. Quid? isthæc iam penes uos  
psaltria est? Eodem modo hic Fenestella dixit Tar-

98 L. FENESTELLAE DE MAGI-  
quinium superbū penes Mamiliū Octauiuū exur-  
laſſe.

### De magistro equitum.

#### Caput IX.

**Q**ales tribuni celeb̄ apud reges, ta-  
les fermē apud dictatores magistri  
equitū fuere: & ut dictatori ius summū  
in populum fuit, ita in omnes milites &  
accensos magistro equitum fuisse tradi-  
tum est. Primus magister equitū Sp. Cas-  
sius fuit, à Tito Largio primo dictatore  
creatus. Id demum officiū fuit magistris  
equitum apud dictatores, quod tandem  
*Præfetus  
prætorio,* præfecto prætorio apud Cæsarem.

#### IN CAPVT IX.

**I**Ta in omnes milites & accensos) De accēsis ita  
scribit Vegetius De re militari lib. 2. ca. 19. Ad  
obsequia iudicium uel tribunorū, necnō etiam prin-  
cipalium, deputabantur milites, qui uocabantur ac-  
cēsi, hoc est, postea additi quām fuisse legio com-  
pleta: quos nunc supernumerarios uocant.

### De tribuno plebis.

#### Caput X.

**T**Ribunis plebis creandis initium fu-  
it secessio plebis à patribus in mon-

tem sacrum facta. Transacto enim bello,  
hinc Volscorum, illinc Aequorum atq;  
Sabinorum, cum ex promissis patrum fe-  
rendæ legis, de liberanda à nexibus sc̄ene  
ratorum plebe, spes quibusdam certis in-  
dicis uersaretur, quæ tum quadam ac ni-  
mia lusione protrahi uideretur à patri-  
bus, M. Valerio dictatore creato, q; ad po-  
pulares seditiones cōprimendas, ingēsq;  
gerēdum bellum mitteretur, cumq; pro  
plebe ad ferēdam legem intercedere cœ-  
pisset, & se & plebem frustrari uideret,  
magistratu se abdicauisset, accederetq; ad  
indignationē plebis, q; patres plebis ani-  
mos à seditionibus auertere rati, sub præ-  
textu sacramenti consulibus præstiti, no-  
uo bello cogere ad militādum adnitezan-  
tur. Plebs permoleste id ferens, in mon-  
tem sacrum, qui est trans Anienem, ter-  
tio ab urbe miliario secessit. Quod cum  
ingentem trepidationem incussisset pa-  
tribus (quo nam enim modo urbe omni-  
um militū robore exhausta, si qua uis bel-  
li aliqua ex parte irrepsisset, tutari rem-

Longū &  
confusum  
hypbatō:  
si modo  
absint mē-  
dæ.

publicam facultas dabatur?) Menenium Agrippam summæ ea tempestate autoritatis virum, plebi charum pariter ac partibus, legatum ad componendam popularem seditionem decernunt, qui graui usus oratione, in qua apogorum de conspiratione membrorum contra uentrem induxit, quemadmodum uentri ea conspiratio cladē attulerit, usq; eo deliniuit plebis animos, ut illius opera pacem cū partibus iniuerit. In cuius pactiōe fœderis conuenit, ut plebeios in urbe magistratus obtinerent. Duos ergo tribunos tum habere plebs cœpit, Aulo Virginio, T. Vetusio consulibus. Alia rursus secessione, tres additi, Appio Claudio & C. Quintio consulibus. Mox quinq; item alij, consulibus M. Horatio Puluillo, & Q. Minutio. Hoc pacto decem tribunis in plementum Romanam fuit iurisdictio. Tribunorum uero tanta crevit autoritas, ut qd; quid senatus decreuisset, ita demum ratū habere ref; si tribuni approbassent. Stabant ergo in uestibulo curiæ, ubi habebatur

senatus; (templū enim ingredi non licebat) & quæcunq; senatores decreuissent, tribunis animaduertenda perferebantur, ut si pro republica fore uideretur, approbarēt, cætera ad arbitriū rehicerent. Cūq; senatus consulta approbassent, T litteram T litera: in tergo adiiciebant, haud alio pacto rata iudicatum iri. Sed in tribunitia potestate si latius \* patere uobis uoluerimus, Labe\* \* Facere, onis Antistīj iuris peritissimi constat sen uerba. tentia, cuius uerba quemadmodum apud Aulum Gellium scripta reperi, ita ipse Au. Cell. scripsi; In quadam, inquit, epistola Atteñ li. 13. c. 12. Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistīj legum atq; morum populi Romanī, iurisq; ciuilis doctum apprimē fuisse, sed agitabat, inquit, hominem libertas quædā nimia & uecors, usq; eo, ut diuo Augusto iam príncipe, & rempublis cam obtinente, ratum tamen p̄sumiq; nihil haberet, nisi quod iustum sanctum' & esse in Romanis antiquitatibus inuenisset. Quædam apud Gel Ac deinde narrat, quid idem ipse Labeo liū sunt, per uiatorem à tribunis plebis uocatus, re hic omis- sa,

spōderit. Iussit eum qui missus erat, ad tribunos plebis redire, eis q̄ dicere, ius eos non habere, neq; se neq; alium uocandi, quum moribus maiorum tribunis plebis præhensionem haberent, uocationem nō haberent. Posse igitur eos uenire, & præhendi se iubere, sed uocādi absentem ius non habere. Idq; etiam apud Varronem in lib. rerum humanarum scriptum assērit Aulus Gellius. Qui sane Varro cum triumuir esset, asserit se à tribuno plebis uocatum, non iussisse; cum tribunus plebis esset, neminē uocari iussisse. Maximæ uero partes tribunorum in intercessionibus extitere; id quidem est, uim à cæteris magistratibus prohibere fieri: at minores in legibus ad populu ferendis, quæ plebisci ta appellabantur. In quibus sane rogādis, patrum interesse nulli admodum ius fuit. Quinetiam in prouincijs proconsularibus assignandis, ut quidem apud Plutarchum in uita M. Catonis, maxie in tribu natu P. Clodij, liquet. Istud etiam obser uatum est inter tribunos, si cæteri omnes

Vide Plu-  
tarachii in  
Gracchis

unam rem probassent, unus uero id prohibuisset, plus cæteris quidem omnibus in ea \* probatione polleret, & reliquos <sup>\*prohib</sup><sub>tione</sub> omnes facile impedire posset.

## IN CAPVT X.

**D**E liberanda à nexibus fœnectorum plebej) Mos erat Rome, ut ære alieno grauati, qui soluendo nō essent, addicerentur fœnectori, à quo protrudebantur in ergastula, ut opera & seruitute debitum solueret. Ea ergo uincula nexus uocat, quibus qui uincli operabantur, dicebantur nexi: de quibus multa lib. 2. ab V. C. Liuius. Et Varro ait: Nexi sunt liberi homines, qui operas suas in seruitute pro pecunia quam debebant, domino præstabant. Est & iuris quedam solemnitas, nexus: que quomodo fieret, Caius in Institutionibus docet. Itē Boethius in Topica Ciceronis, ubi agitur de definitione que per diuisionē fit. & Philippus Melanchthon in eundem Ciceronis locum.

Quemadmodum uentri ea conspiratio) Certum est huic orationi aliquid deesse, ut sit perfecta. per feceris autem, ni fallor, hoc modo: Quemadmodū non uentri solum ea cōspiratio, uerum omnibus totius corporis partibus cladem attulerit.

T literam in tergo adiiciebant) Erasmus in addizio & præfigere, ex Asconio Pædiano refert, olim

in iudicijs sortes, quæ mittebantur in urnam, tripli  
cem notam habere solere. ac , quidem damnatiois  
fuisse symbolū, et absolutionis, et ampliationis, id est,  
quoties significabant sibi parum adhuc liquere, ac  
denuo causam agi oportere.

Quin etiam in prouincijs proconsularibus assi-  
gnandis) Repete ex p̄cedenti: patrū interesse nul-  
li admodum ius fuit. Et quod sequitur, ut idē apud  
Plutarchum &c. mendosissimum fuit. Tu sic legitō:  
ut quidem apud Plutarchū in uita M. Catonis, ma-  
xime in tribunatu P. Clodij, liquet. Istud etiam etc.  
Ut autem intelligas, quomodo hoc ex Plutarcho li-  
queat, non pigebit eius uerba ascribere. Nam Clo-  
dius, inquit, nec Ciceronē expellere confidebat p̄-  
sente Catone: quare consilium cepit, ut eum à con-  
spectu urbis remoueret. In principio enim tribuna-  
tus sui, Catone ad se uocato, sic uerba fecit, quasi  
cum omnīū ciuium integerrimū atq; incorruptissi-  
mum iudicio suo putaret, eius rei indiciū se facili-  
rum. nam multos profectionem in Cyprum postula-  
re, sed ad eam rem Catonem solum existimasse idō-  
neum. Cui cum statim aduersaretur Cato, assere-  
retq; non ob honorem, sed ob contumeliam atq; in-  
fidias hoc sibi negocium demandari, Clodius nimis-  
um superbè: At si non uolens, inquit, tamen coactus  
dolensq; proficisci. Aduocataq; concione, plebi-  
scito firmauit missiōnem Catonis. eiq; abeunti nec

nauem, neq; militem, nec ministrum quempiam trā  
dedit, prāter duos scribas, quorum alter fur erat,  
alter Clodij clientulus. Hac ienit Plutarchus. Ex q  
bus recte liquere ait Fenestella, aßignationem pro  
uinciarum proconsularium esse penes tribunos ple  
bis, neq; ius esse ulli patrum illi rei interessē. nam si  
patribus hic aliquid iuris fuisset, nequaquam eßet  
paſſi, Catonem cum tanta contumelia in prouinci  
am extrudi.

### De proconsulari potestate.

#### Caput XI.

**D**E hac quidem potestatis specie, ni  
hil quicquā prius reperi, quām bel  
lo à populo Romano cum Aquis infeli  
citer gesto, maximo' q̄ terrore urbi illa  
to. Tum enim consul qui in urbe remans  
serat, quo celerius delectum facere pos  
set, proconsulem creauit, qui obfesso col  
legæ auxilium afferret. Creat⁹ est igitur  
procōsul T. Quinti⁹, \*Albo Posthumio  
& Sp. Furio consulibus. Quod uero pro  
consulibus mitteretur, eorumq; uice fun  
cturi essent, procōsules appellati sunt, lis  
magistratibus cætera quidem consularia  
insignia concessa sunt, prāterquam quod

sex duntaxat lictoribus uti iniūctum est.  
Qua tempestate non ordinaria quidem,  
sed delegata iurisdictione procōsul (de  
quo agimus) utebatur; quāuis postea usū  
uenit, ut propria huic magistratū iuris-  
dictio competere instituerit. Propagatis  
enim imperij finibus, complurium & in  
gentium bellorum administrādorum cu-  
ra exorta, obseruari cœptū, ut quo quiq;  
anno consules fuissent, sequentī procōsu-  
les remanerent, & alias prouincias cū im-  
perio sortirētur. De finibus autem pro-  
consularibus, quæ nancisci potuī, ea bre-  
uiter subh̄ciam. Potestatē suam procon-  
sul, nisi in ea prouincia quam est fortitus,  
exercere non potest, quanvis uoluntariā  
(ut aiunt) iurisdictionem habet, eam esse  
esse autoritatem, manumittere seruos su-  
os apud se uolentibus, aut se adoptandos  
dare, potestatē p̄stare. Cōtentiosam ue-  
ro iurisdictionem, præterquā in prouin-  
cia, tractare non potest; nec quicquam in  
prouincia negociorum exoritur, quin ad  
proconsulis administrationem pertinere

soleat. Si autem fiscalis causa inciderit, Fiscalis  
 melius faciet ad procuratorem Cæsaris causa. i.  
 deferre. Si uxorem secum in prouincia pecunia-  
 duxerit, quod non fecisse, decentius puta ria, q̄ ptī-  
 scū principe neat ad si  
 bitur, eaq; deliquerit, in eam ipsam anis pis,  
 maduertet. \* Obsonijs dono missis, ut pr \* Xenijs.  
 sus abstinere non debet, sic in accipiendis nā sic ī Pā  
 modum seruare. Valde enim inhumani dectis q̄  
 est, à nemine accipere; passim uero, uilis legitur,  
 simum & penitus auarissimum. Ab alijjs sunt trās-  
 uero rebus dono missis, omnino abstine q̄ & ibi  
 re proconsulem oportet. Item ab emptis corrupte  
 onibus omnium rerum, præterquam ui p̄ xenijs,  
 ctus quotidiani causa. Lites uero quæ se exēmis  
 riosa excussione animaduersione q̄ indi- passi uul-  
 gent, summatim pertractare ac diffinire git.  
 non debet. Quæ cognitionem exactiore  
 non desiderant, ut si obsequium liberi pa  
 rentibus non exhibuerint, neq; patronis  
 eorumq; filij liberti, summatim animad  
 uersa pronunciare poterit. Par autem ob  
 sequetes patronis suis libertos, cum uer  
 bis paulo atrocioribus exterreat, tum eti  
 am fustium castigatiōe coerceat, absq; iu

dicio sapientis ac fori strepitū. Non habentibus autem aduocatum, ob inopiam seu aduersarij potentiam, ultro exhibe-  
at, ac denique uniuersa expediat, quæ me-  
ro (ut aiunt) imperio assignari solent. Id  
enim significat gladij potestatē in facino-  
rosos, seruosq; animaduertēdi. Sed quo-  
niam negotiorum prouincialium multi  
studinem, per seipsum obire proconsulē  
difficile est, legatum proconsules habere  
solēt, de cuius officio pauca uideāda sunt,

## IN CAPVT XI.

**A** Lbo Posthumio et Sp. Furio Pro Furios, Fu-  
sios scripsere quidam. Id se admonere ait Li-  
uius, ne quis immutationem uirorum ipsorum esse,  
quæ nominum est, putet.

Quanuis uoluntariam (ut aiunt) iurisdictionem  
&c.) Locus erat adeo uorticibus scopulisq; infes-  
tus, ut ne ipse quidē natator Delius emersurus fu-  
isse uideatur. Sic habebant codices: quanuis uolun-  
tariam (ut aiunt) iuriditionem, eam esse autoritatē,  
manumittere seruos suos apud se uolētes, aut se ad  
optandos dari passim p̄stare. Queso te lector, q̄s  
tam sit Oedipus, qui ex his uerbis diuinet, quæ fue-  
rit mens scriptoriss? Sed huius generis infinita no-

bis apud hūc scriptorē occurrerūt. quare spero ne  
minē fore tam iniquū, q̄ nō sit nobis ueniā datus,  
sicubi aliquid non simus assēcuti. Sed ut ad institu-  
tum reuertar, in Pādectis ita legimus: Omnes pro-  
consules, statim quām urbem egressi fuerint, habēt  
iurisdictionem, non cōtentiosam, sed uoluntariam:  
ut ecce manumitti apud eos possunt tā liberi quām  
serui, & adoptiones fieri. Hinc mihi uidetur Fene-  
stella sic ferē scripsisse: Quanuis uoluntariam, ut  
aiunt, jurisdictionem habet. Eam esse autoritatem,  
manumittere seruos suos apud se uolentibus, aut se  
adoptandos dare, potestatem p̄stare.

Si uxorem secum in prouincia) Mihi uidetur sic  
esse legendum: Si uxorem secum in prouinciam du-  
xerit, quod non fecisse, decētius putabitur, eaq; de-  
liquerit, in eam ipse animaduertet. Quanquam Vi-  
piani uerba in Pandectis nonnihil habent ambigui-  
tatis. Proficisci autem (inquit) proconsulem melius  
quidem est sine uxore, sed & cum uxore potest:  
dummodo sciat senatum Cotta & Messala consuli-  
bus, censuisse futurum, ut si quid uxores eorum qui  
ad officia proficiscuntur, deliquerint: ab ipsis ra-  
tio & uindicta exigatur. Hic enim illud, ab ipsis,  
actiue accipi potest, ut sit sensus: ab ipsis, hoc est,  
ut ipsi à suis uxoribus rationem & uindictam exi-  
gant, uel paſtiue, idque dupli ci sensu. aut enim ab  
ipsis, scilicet maritis, quorum sunt uxores quae de-

L. FENESTLLAE DE MAGI-  
liquerunt: aut ab ipsis, scilicet uxoribus.

Obsonijs dono missis &c.) Non est dubium quod xenijs pro obsonijs legendum sit: id quod ante nos alius quipiam admonuit. In Pædictis adducitur grecorum proverbiū, quod inde repetit et Erasmus in Chiliadibus. Quantum, inquit, ad xenia pertinet, audi quid sentiamus. Græcum proverbiū est: Οὔτε πάντα, οὔτε πάντη, οὔτε παρὰ πάντων: id est, nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Nam ualde inhumanū est, à nemine accipere: sed passim, uiliissimum: & omnia, auarissimum.

Lites uero quæ seriosa &c.) Seriosa dixit, pro seria.

Summatim pertractare) Summatim, id est, leuiter.

Quæ cognitionem exactiorem nō &c.) sic habebant exemplaria: Quæ cognitionem exactiorem non desiderant, ut obsequium à liberis & patrimonij exhibentur, à liberis summatim animaduersa pronunciare poterit. Non puto quenquam tam cæcum esse, qui non uideat, nihil esse hic integrum: neque rursum tam oculatum quenquam, qui in his uerbis mentem scriptoris uidere possit. In pandectis legimus: De plano autem proconsul potest expeditre hoc, ut obsequium parentibus & patronis, liberisque patronorum exhiberi ubeat. Hinc ego coniicio, Fenestellam in hæc ferè uerba scripsisse:

Quæ cognitionem exactiorem non desiderant, ut si obsequium liberis parentibus non exhibuerint, neque patronis eorumque filiis liberti, summatim animaduersa pronunciare poterit.

Absq; iudicio sapientis ac fori etc.) Suspecta est mihi dictio, sapientis. Vide, sit ne pro ea legendum, senatus.

Id enim significat gladij potestatem) Suspicio legendum esse gladius, pro gladij: & hoc modo distinguendum: Id enim significat gladius, potestatē in facinorosos seruosque animaduertendi.

### De legatis proconsulū.

#### Caput xij.

**S**olent proconsules ob rerum gerendā multitudinē, in prouincia legatos statuere, qui non propria, sed mandata iurisdictione utūtur, quos prius etiam quam in prouinciam peruererint, si bis substituere nō possunt. Si quid autem legato occurrat, cuius rei grauitas exactiorē diligentiam exigit, ad proconsulē remittere legatus debet. Neque enim animaduertēdi, coercendi, seu atrociter uerberandi legato licentia est, Iudices tamē

In Pand. legitur, legatus ius habet, litigantibus, tutores etiam pupillis dare potest, custodiarumq; quæ per prouinciam dispositæ sunt in stationibus, proconsul legato cognitionem cōmendare: nec priusquam ē prouincia proconsul discedat, legatum dimittere cōsuevit. Et si di eni suum obierit in prouincia procōsul, ita demum sibi mandata negotia exiget, ac si res integranon inueniatur. Si uero abesse à prouincia proconsulem fortasse contigerit, causas etiam quæ animaduersiōnem exigant, delegabit.

## IN CAPVT XII.

**L**egato licentia est) Licentia hoc loco in bona partem usus est, pro ius. Nā quod hic dixit, legato licentia est, Vlpianus in Pandectis dixit, legatus ius habet. Ne qs tamen putet hic erratum esse à scriptore, sciendum quod Cicero ipse hac uoce in eandem significationem usus est, quum in Officijs lib. 3. ait: Nobis autem nostra academia magnā licentiam dat, ut quodcunq; probabile maxime occurrat, id nostro iure liceat defendere.

De ædilibus plebeijs.

Caput xiij.

**A** Edilitatem plebeiam pro uetustissimo magistratu habeo, & utrum ædiles ante tribunos plebis creari coepserint, ambigo, memor quod exactis regibus, ad secessionem plebis in sacro monte factam, maxima quidem pars populi Romani tanto tempore absq; aliquo in republica magistratu, à quo tueretur, extiterit. Quin apud Liuium haud multo post tribunos plebis creatos, pestilentia quodam tempore, quum & consul alter obisset, alter uero ægram animam trahe ret, \*apud ædiles plebeios, et consularem \* ad & tribunitiam potestatem, & tandem totius reipublicæ summam recidisse constat. Non quod illos tum primum creari coepitos appareat, sed quod lôge antea creatos esse potuisse facile sit. Crescentibus autem plebejis opibus, ita ut etiam dictatores ac pontifices de suo quoq; corpore præstarent, \*atq; patres multoties à \* tandem plebe uicti, duos ædiles plebeios è patribus creandos peruicerunt. Nam cū ædilibus iudicatos facieados, solennesq; pro ordi

nibus in concordiam redactis dies, in Fa-  
stis referendos mandarent, negarent' q̄ se  
id esse facturos ædiles plebis, conclama-  
rum esse à iuuenibus patritijs dicitur, se  
id honoris deorum immortalium cauſa  
libenter acturos, ut ædiles fierēt. quibus  
cum ab uniuersis gratiæ actæ essent, sena-  
tus consilium factum est, ut duos uiros ex  
patribus, qui ædiles forent, dictator po-  
pulū rogaret, patres comitij autores fo-  
rēt. Duo ergo patritiæ ædiles creati sunt,  
Cn. Quintius Capitolinus, & P. Cornes-  
lius Scipio. Sed duos tandem ædiles cre-  
atos alios à Iulio Cæſare, qui quoniā fru-  
mento præſent, cereales appellati sunt.

Cereales  
ædiles.

A pud idoneos inuenio autores, ædiles à  
sacrarum ædium, quam gerebat, cura ap-  
pellatos esse. Curules uero, ij qui ex pa-  
tribus creati sunt, quoniā sella curuli ue-  
herentur, cognominati sunt. Plebeij ue-  
ro & curules, iam adeò manifesto cogno-  
mine sunt, ut interpretatione non egeant  
nostra. Ludos instituere, quavis causa, q̄  
munera, bus ue in spectaculis fierent, ad ædilium

Ædilium  
munera,

partes pertinet. Id etiā erat haud leue ædi-  
litatis munus, ut sua quisq; ædilis factus  
impēsa, ludos pro modo patrimonij ac di-  
gnitatis suæ, celebrādos procuraret, cuius  
us instituti M. Cicero in ijs libris, quos de  
officijs inscripsit, quum de sua & Magni  
Pompeij ædilitate meminit, locuples te-  
stis est. Asconius autem Pædianus Pom-  
peium ædilem creatum, theatrum, quod  
sua impensa ædificauerat, magnificentis  
simis ludis, in quibus currus cū elephan-  
tis induxerit, dedicasse ait. Id etiam in ar-  
gumentis comœdiarum, quibus nomina  
ædilium, qui ludis præfuerant, adscripta  
sunt, facile est animaduertere. Locorū au-  
tem discretio, & cuilibet ordini pro di-  
gnitate assignatio, ædilium muneris est.  
Valerius Maximus scripsit, Attilium Se-  
ranum & Lucium Scribonium ædiles, se-  
nat⁹ ac plebis loca secreuisse. Quod si ser-  
uum quispiam aut iumentū morbosum,  
aut uitiosum, pro integrō fanoq; uendī-  
derit, edicto ædilium emptori succurre-  
tur. Quod uero cloacæ publicæ & aquæ

ductus, cæteraq; ædificia lauta, mūda, ini-  
tegraq; & expedita afferuantur, ædilium  
officium est. Deniq; quicquid rerum ui-  
tiosarum pro syncero, fractum pro intes-  
gro usquā uenisset, ædilitio edicto redhi-  
beri solet.

## IN CAPVT XIII.

**A**D secessionem plebis in sacro monte Ad, id  
est, usque ad.

Apud ædiles piebeios &c.) suspicor, ad, legen-  
dum esse pro, apud. Nam apud. gaudet uerbis signi-  
ficantibus quietem: ad uero, motum significatibus.

Sed quod longe antea creatos esse potuisse, faci-  
le sit.) Videtur deesse, creditu uel probatu, uel simile  
aliquid. Nisi malis, facie hic positum esse pro liq-  
do, seu manifesto: quemadmodum apud Terent. in  
Andr. Facile hic plus mali est, q; illuc boni.

Sed duos tādem ædiles creatos alios à Iulio Cæ-  
sare) Deest hic uerbum aliquod, constat, uel aiunt,  
uel simile aliquod.

De decemuiris legum ferendarum  
causa creatis, Cap. xiiij.

**D**Ecemuiris summam potestatē in-  
duntibus, magistratus omnes q; rem  
publicam agebant, exoluere fas erat, qui

bus creandis hoc in causa fuisse perhibe-  
tur. plebe enim quotidianis seditionibus,  
tum ob creandos de plebe magistratus,  
tum ad ferendam legem de soluendo à ne-  
xibus scenerorum, sæpe etiam de con-  
nubio, ut inire liceret plebi cū patribus,  
nonnunquam ob ferendam legem agra-  
riam, diuina simul humanaq; omnia mi-  
scente, & tādem communes quasdam le-  
ges ferri petente, ne quis esset inuidiae lo-  
cus, leges extraneas accersiri placuit. Mis-  
si ergo tres Athenas sunt legati, qui incly-  
tas leges Solonis scriptas ferrēt, iura eti-  
am & mores aliarū ciuitatum noscerēt.  
Ii fuere Sp. Posthumius Albus, Au. Man-  
lius, & P. Sulpitius Camerinus. Legati  
igitur anno tertio postquam recesserant,  
leges scriptas referunt: pro quibus sane  
censendis, promulgandis, centuriatis co-  
mitijs (qd, ut sanctiores essent, fieri opor-  
tebat) decemviroscréat, qui suo arbitra-  
tu leges promulgarent. Ii fuere Appius  
Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Ve-  
turius, C. Iulius, Au. Manlius, P. Sulpiti⁹ Referun-  
h ij

tur hæc à us, P. Curiatius, T. Romuli<sup>?</sup>, Sp. Posthus  
Liui li. 3. mius. Placuitq; ne ab horum potestate es-  
set prouocatio. Penes uero alter<sup>r</sup>, ut fors  
foret, quoadusq; omnem numerum per  
uassissent, certis diebus lictores forent. Eo  
dem ergo anno decem tabulas edunt, po-  
testatem inspiciendi omnibus faciūt, edi-  
cunt, agitent secū omnes, & si quid emen-  
dari, suppleri, minui ue opus esse cense-  
ant, omnium sententias æquo animo esse  
audituros. Postquam satis emendata esse  
apparuit, decē tabulis scriptas leges cen-  
Decem tabulae,  
turiatis comitīs proferūt, ac simul se ma-  
gistratu abdicant. Cum uero rumor per  
crebruisset, duabus alijs tabulis ius popu-  
li Romani plenum ac absolutū fore, ite-  
rum habitis comitīs alijs decēuirī subro-  
gati sunt. Tum Appius, cui comitia habe-  
re datum fuerat, fese contra ius fasq; de-  
cemuirum creat. Collegæ fuere M. Cor-  
nelius Maluginensis, M. Sergius, L. Mi-  
nutius, Q. Fabius Vigilanus, Q. Petilius,  
T. Antonius Merēda, Cæso Duilius, Sp.  
Op̄ius Cornicen, M. Robuleius. Operæ

Liui. VI.  
bulanus.

precium est audire, quām ḥ decemuiti p  
 spem ac libidinem dominandi, omnem  
 reipublicæ speciem Idibus Maῆs, quo in  
 iere magistratum, cum duodenis singuli  
 fascibus forum compleuere. Neq; enim  
 ad rem pertinere, demi secures, quando  
 absq; prouocatione creati essent, interpre  
 tabantur. Decem ergo regum instar pri  
 mo conspectu præbuisse ferunt. Incredи  
 bile est enim, quantum ea res urbi terro  
 rem iniecerit. Neq; suus urbem fefellit ti  
 mor. Primum cum abstinere à patribus  
 cœpissent, in humiliores crudelitatem li  
 bidinemq; exercebant. Hominū, non cau  
 sarum, toti erat, ut apud quos gratia uim  
 æq; haberet, iudicia domi cōflabant, pro  
 nunciabant in foro. Si quis collegam ap  
 pellasset, abeo quem appellauisset, ita dis  
 cedebat, ut pœniteret primo decreto nō  
 stetisse. Opinio etiam fuit, foēdus clam in  
 ter eos iureiurando iustum, ne comitia ha  
 berent, perpetuoq; decemuiratu posse se  
 sum semel obtineret imperiū. Hac cōdi  
 tione iā maior anni pars pcesserat, & duæ  
Decēuiro  
rū tyran  
nis.

tabulæ ad decem adiectæ fuerant; nec quec  
quam aliud supererat, nisi ut centuriatis  
comitijs proferrentur. Hoc pacto cum la-  
beretur annus, nullaque comitiorum men-  
tio haberetur, & quanuis anni factos exa-  
ctione priuatos plebs obstreperet, ac li-  
bertatem penitus amissam conquereret,  
comitiores  
facti eo illi nihilo communiore facta, hac pe-  
tulantia abutebant. Sed hos urbanos stre-  
pitus nunciatū bellum à Sabinis Aeqscq  
impendere, paululum intercipit. Habito  
enim delectu, decemuiri armato exerci-  
tu in bellum prodeunt. Dum bellum ua-  
rio euentu geritur, Appius Claudius de-  
cemuir, qui gerendis rebus urbanis reman-  
serat, plebeiæ uirginis cuius amore desia-  
grabat, stuprandæ consilium capit. Pater  
eius L. Virginius, qui tum honestum or-  
dinem in castris ducebat, Icilio cuidā tri-  
bunitio uiro, puellam desponderat. Hanc  
uirginem forma egregiam cum Appius  
prece & precio tetasset pellicere, particq  
sibi succedere cūcta cerneret, animum ad  
crudelitatem superbiamque cōuertit, Mar-

Ap. Clau-  
dij libidi-  
nis exem-  
plum.

co Claudio clienti negocium dat, ut corā  
se pro tribunali sedente, puellam in ser-  
uitutem afferat. Cæteros omnes qui liber-  
tatem afferat, reiectorum promittit. Op-  
portunitatem ergo nactus M. Claudius  
libidinis minister, transeunti per forum  
puellæ sceleratas man⁹ iniecit, seruam su-  
am seruaç̄ natam appellás, ac sequi se pu-  
ellam iubet: cunctantem ui abstracturus  
esse uidebatur. Cum ad clamorē ereptæ  
nutrīcīsc̄ fidem Quiritium implorantis,  
multitudinis cōcurrus factus esset, iamq;  
ui tuta esse uideretur, tum Claudius ni-  
hil opus esse tumultu ait: se iure grassa-  
ri: si non crederent, ad tribunal sequere-  
tur. Cum ad tribunal uentum est, petitor  
apud argumenti autorē agit, puellam do-  
mis uæ natam, furtoç̄ subtractam, in do-  
mo Virginij pro filia esse suppositam. In-  
terim dominum ancillam sequi, quod ita  
æquitas dictaret, interloqueretur. Com-  
posuerat ita se facturum Appius Claudi-  
us, ne sine causæ cognitione pronunciare  
in seruitutem uideretur. Tunc aduocat⁹

puellæ intercedentibus, patrem reipubli  
cæ causa abesse, iniqum de liberis absen  
tis agi, cæteraq; huiusmodi allegantibus,

**Liu. \*auū** Icilius uir, & Numitorius \*auus super  
culus ueniunt. Icilium autem, ut erat uir acer,  
multa intrepide uociferantē, Appius per  
lictorem submoueri iussit. Sed cum ille  
constantissimo animo resistere pergeret,  
ac multitudinis concursus ingens fieret,  
Appius, ne exortus tumultus nouādi res  
occasionē faceret, uades de uirgine in po  
sterum diem in iudicium sistēda, dari ius  
fit. Interea patrem accersunt nūcīj, aduo  
lat in urbem pater, ac prima luce sordi

**Liu. \*ob.** datus, filiā \*solita ueste, cum aliquot ma  
tronis secum in forum ducit. Vociferat,  
opem ferant, lamutatione & querelis oīa  
implet. Idem Icilius, idem puella, ac ma  
tronæ faciunt. Aduersus hæc omnia Ap  
pi⁹ obstinato animo tribunal ascēdit, uin  
dicias secundū seruitutē decreuit. Quod  
decretum cum ingentem omnibus admi  
rationem incussisset, ac Marcus Claudi  
us iret ad compræhendendam uirginem,

tunc pater intentans in Appium manus,  
Icilio inquit, nō tibi Appi filiam meam  
despondi ad nuptias, nō ad stuprum edu-  
caui. sed quæso patrio dolori ignoscas, si  
quid sum in te inuectus uehementius. Si  
nas ergo corā uirgine me nutricem per-  
contari: falso pater sim: ut re comperta,  
æquiore hinc animo discedam. Seductā  
ergo filiam percontandi p̄textu, rapto ē  
tabernaculo lanj cultro interemit. Quid  
multa: Rei indignitate pariter oēs com-  
moti, in forum concurrunt. Appius autē  
ut tumultuarī cœptū uidet, ut uitæ con-  
suleret, obuoluto capite effugit. Plebs er-  
go recuperandæ libertatis occasionē nacta,  
arreptis armis, duce Virginio in Auen-  
tinum secedit. Nec min⁹ Icilius in castris  
militum concitat multitudinem, plebisq;  
urbanæ exemplo decem tribunos milita-  
res creant, ingentiq; cum exercitu ad ur-  
bem accedunt, alteri se exercitui coniun-  
gūt. Hoc peracto, armata plebs ex Auen-  
tino in sacrum montem secedere statuit.  
Eò ergo, quicūque per ætatem ualetudis

nemq; potuerūt, cum uxoribus liberisq; peruenere, lis tantis motibus perculsi de cemuiri, senatum frequentē fieri iubent. Rogant qd è republica fore censeant edi cere. Demū cum multa ultro citro' q; in senatu agitata essent, ac plerique senatores intrepide decemuiros oratione castigassent,

**Decē Tar  
quinii,**

decem Tarquinios appellates, de cemuiri tādem futuros se in potestate patrum affirmarūt, modò sese ab iniuria tuerentur. ac simul legatos mittere ad res componendas statuunt. Missi ergo legati M. Horatius & L. Valerius probatissimae existimationis uiri, de conditione pacis cum plebe agūt. Petebat autem plebs inter conditiones pacis, ad suppliciū decemuiros, quod legati primum compoſitionibus diſſuaserūt plebi. Cōtentata igitur plebs fuit, ut sui sibi tribuni restituerentur, & ut cōſueuerant, rediretur ad consules. Interim abdicant se magistratu decemuiri. Comitia consulibus, tribunisq; creandis habentur. Hoc pacto cresatis exactisq; decemuiris, ad prioris for-

**Decēuiri  
exacti.**

mam regiminis redditum est.

## IN CAPVT XLIIL

**P**enes uero alterum) Penes alterum dixit, pro, penes unum: si modò codex est integer. Liuius hæc explanatius dicit his uerbis: Decimo die ius populo singuli reddebat. Eo die penes præfectum iuris fasces duodecim erant: collegis nouem singuli accensi apparebat. Et paulo pòst: Nam quum ita priores decemuiri seruassent, ut unus fasces haberet. & hoc insigne regium in orbem suam cuiusque uicem, per omnes iret: subito omnes cum duodenis fascibus prodierunt. cētum uiginti lictores forum impleuerant, & cum fascibus secures alligatas proferebant.

Operæ premium est audire &c.) Deest huic ordinationi uerbum aliquod, puta, inuerterint aut perturbauerint, aut simile aliquod, quare mihi uidetur ita legendum esse: Operæ premium est audire, quam ij decemuiri per spem ac libidinem dominandi, oēm reipublicæ speciem idibus Maijs, quo iniere magistratum, euerterint. Cum duodenis singuli fascibus forum compleuere. Hoc modo si legas, et perfectus est sensus, & manifestus.

Decem ergo regum instar &c.) Sic ordinabis & interpretabere: Ferunt, scilicet decemuirios illos, præbuisse primo conspectu instar, hoc est, for-

mam, decem regum: ut instar, sit accusatiui casus.  
Nam & Iustinus in nominatio eleganter dixit li-  
4. Syracusani auxiliū à Lacedæmonijs petiuerunt.  
ab his mittitur Gylippus, solus quidem, sed in quo  
instar omnium auxiliorum erat.

Hominum, non causarum &c.) Hec ex Liuio ad  
uerbum quidem transcripta erant, sed librariorū  
oscitātia planè perdita. Quare nos Liuij uerba re-  
stituimus, reieclis illis tam deprauatis, ut à nemine  
possent intelligi.

Eo illi nihilo communiore facta) Nemo non ui-  
det locum esse deprauatum. Mihi uidetur, Fenestel-  
lam, pro communiore facta, scripsisse mitiores fa-  
cti. Sed quod sequitur, hac petulantia abutebatur,  
hic demonstratuum Hac, facit me suspicari, aliquot  
uerba librariorum incuria hinc perijisse. Videtur  
enim petulantiam nobilis iuuentutis, quæ tum erat  
Roma, uelle monstrare. Hanc enim sceleratissi-  
ma quadam indulgentia, & in miseram plebem li-  
centia, ita corruperant decemuiri, ut propalam (ut  
inquit Liuius) licentiam suam mallet, quam omnium  
libertatem.

M. Claudio cliēti) Moris fuit apud antiquos, ut  
prouinciales ac socij populi Romani, in clientelam  
se darent proceribus Romanis, quos patronos si-  
bi adoptabant, non modò publicè, sed etiam priua-  
tum: yq; ut clientes eorum dicerentur, inter se ue-

rō hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitu-  
do, ut clientes perpetuo patronorum suorum pa-  
trocino caput ac fortunas suas tueretur, uicissimq;  
ipsi patronos suos omni obseruantia atq; obsequio  
coolerent & ueneraretur. Autor Budæus in Pand.

Puellam in seruitutem asserant) Hoc est, ut dicat  
puellam, suam esse seruam.

Interloqueretur) Interloquor est, aliquid inter  
agendum definio, inqt autor Cornucopiae. A quo in  
terlocutoria sentētia uocatur, que non definit con-  
trouersiam ea enim definitiua dicitur, sed aliqd obi-  
ter decernit ad causam pertinens.

Vindicias secundū seruitutem decreuit) Hoc est,  
puellam in seruitutem vindicauit. Sunt enim vindi-  
ciae, assertiones iudiciales. Vindicare, ascrere est. Vi-  
de Budæum in Pandect.

### De præfecto annonæ.

#### Caput xv.

**Q**uoniam de potestatibus agitur, ra-  
tio etiā admonet, ut de p̄fecto an-  
nonæ, extra ordinē tūc creari solito, non  
nihil adjiciā. De quo sane magistratu nī-  
hil ante reperi, quām Appio Claudio &  
P. Seruilio consulibus, eo quoque anno Tarquinii  
quo Tarquinius Superb⁹ apud Aristote-<sup>mors.</sup>

demum tyrannum mortuus est. Tum inter consules orta contētio dicitur de dedicatione ædis Mercurij, quæ sanè hac conditione sopita est, q̄ uter dedicaret Mercurij ædem, is quidem annonæ præcesset. Populus dedicationem dedit M. \*Pleto-  
\*Le<sup>t</sup>to  
rio  
 rio primipilo, non tam ob hominis meritum, quām ob ignominiam consulū, haud probē in magistratu obuersatorū. Cæterum ut hoc apud Liulum non mis-  
Liul loc<sup>t</sup>  
lib. 4.  
 hi planum usquequaq; apparet, credo er-  
 rore scribentium, ita de L. Minutio præ-  
 fecto annonæ, haud multo tempore post,  
 usquequaq; manifestum est. Huius magi-  
 strat⁹ difficulti tempore, & caritate anno-  
 næ usus potissimum atq; opera exigeba-  
 tur. Frumentum undique coemēdum, &  
 si quis ultra proprios usus possideret, in-  
 medium ponendum curabat, aduehi una-  
 dique, & aduectum iusto precio uenire  
 nitebatur. Cuius ope magistratus egre-  
 gia populo Romano penuria laborati sæ-  
Agere po-  
tentiam,  
 pe opera nauata est. Eam potestatein de-

qua agimus, cum Magnus ille Pompei-

ius ageret, atque è Sicilia cum magna ui  
frumenti soluere pergeret, ac gubernato  
res classis non se committendos maxime  
sæuienti pelago dicerent, illam saluberri  
mam reipublicæ uocem dedisse dicitur;  
Nauigare enim, inquit, necesse est, uiue-  
re necesse non est? Tantus præterea anno= Pompeii  
cordatis  
mū dictū  
næ huius causa fauor, autoritasq; accessit,  
ut quæ alioqui personæ ad accusationē  
minus idoneæ essent, hac tamen in causa  
admitterentur. Huiusmodi sunt mulie-  
res infames, & quæ sunt eius generis quo-  
nos etiam utimur. Sed de præfecto anno  
næ satis dictum est.

## IN CAPVT XV.

Pomponius libro I. ff. tit. De origine iuris, ne-  
gat præfectum annonæ & uiguum esse magi-  
stratus: sed extra ordinem utilitatis causa constitu-  
tos ait.

Aduebi undique, & adueclum iusto precio ueni-  
re nitebatur) Rara locutio: nitebatur frumentū ad-  
uehi: &, nitebatur frumentum iusto precio uenire.

Eam potestatem de qua agimus, cum Magnus  
ille &c.) Vide Plutarchum in Pompeio, & Erasmi

libro quarto apophthegmaton.

Tantus præterea annone huius &c.) Locus mihi suspectus est. Non puto esse integrum. Sed quia nihil certi habeo, pergo ad sequentia, dum uel mihi aliquid occurrat, uel alicui me doctiori, q[uod] nobis uicit fructum suorum studiorum communicare.

De tribunis militum consulari  
potestate. Cap. xvi.

**C**rebris quidem secessionibus plebis à patribus, quibus cōsules de suo quoq[ue] corpore creari peteret, externis etiam bellis ingruentibus, plebeq[ue] ipsa de lectum pati negante, coacti tandem patres sunt, ut aut ciuib[us], aut hostibus de uictoria concederent. Ab eorum sententijs, qui tribunos plebis cæde uiolando putarent, quos fœdere cum plebe iicto, sacrosanctos haberent, primores patrum abhorrebant. Per hæc consilia eo res deducta est, ut rogatione Camilli, tribunos militum, qui pro consulibus essent, tam ex plebe, quam ex patribus promiscue creari patres finerent; de consulibus nihil immutaretur. Tres ergo tribuni con-

sulari potestate, qui militares appellantur, creati sunt; nōque constituti sunt vario numero. Interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores, sed de superioribus tantum tribus hi fuerit, Aulus Sempronius \*Atra Liu. \* A.  
cinus, Lucius Attilius, & Titus Cæcilius, tratinus patrītū omnes. Plebs enim eo duntaxat contenta fuit, quod eius ratio habita esse uideretur. Tunc igitur primo à consulis bus ad tribunos militares consulari potestate, uētum est, Marco Genutio & Publio Curiatio consulatu abeuntibus, pes- nes quem sane magistratū (ut ipsum no-men indicat) eadem quæ apud consules, potestas erat collata, nominibus tantū im-mutatis, ac plebis ratione habita.

## IN CAPVT XVI.

**I**N hoc capite nihil occurrebat, quod uideretur scholia requirere. Erant aliquot manifestæ men-dæ, eas sustulimus.

De censoribus.

Caput xvij.

**C**VM ob multa & uaria bella, ciuitates' que seditiones, Romæ pluribus annis populus incensus mansisset, neque esset lustrum aliquod de more cōditum, neque diffiniti census posset, neque consulibus, cum multum bellorum imminere ret, id negocium agere operæ esset, mentione inita est à senatu, rem uidelicet operosam & minime consularem, proprio magistratu indigere, cui scribarum ministerium, custodiæ' que & tabularum cura, arbitrium formulæ' que censemendi sub iheréetur. Tum duo censores creati sunt, Papyrius & Sempronius, censi' que habendo præfecti: ab ea' que re, censores appellati, Marco Geganio Macerino, & Titio Quintio Capitolino consulibus. Institutum' que, ut quinquennio is magistratus perduraret. Quod tādem tempus observationum insolentiam immutatum est, ad annum' que & semestre redactum à Mamerco Aemilio dictatore, Lucio Virginio, Caio Julio consulibus. Mirū quippe dictu est, quanto censoriae initium par-

Liu. \*Ma  
crino

ua re ortum, incremento ad auctum extis-  
terit. Eò quippe peruenit, ut morum di- Censorum  
sciplinae' que Romani senatus, equitumq; autoritas  
regimen, decoris dedecoris' que discris-  
men, sub eius ditione magistratus, priua-  
torum ius publicorum' que locorum, ue-  
ctigalia populi Romani deposita essent,  
in senatum allegere, senatus principem  
describere, censum agere, lustrum conde-  
re, equos adimere. Quos autem putassent  
parum dignos, senatu amouere, ut fecisse  
fertur Caius Fabricius, qui censor Publi-  
um Cornelium Ruffinum patritium ui-  
rum, senatu amouit, quod decem pondo  
argentii facti, pro coniuio apposuerat.  
Marcus autem Cato censor, Cañ Flamia-  
ni fratre senatu eiecit, quod exoratus  
a scorto, ut aliquem ex his, qui in vincu-  
lis erant (obtinebat enim proconsulari  
imperio Galliam) securi percuteret, oba-  
temperauit. Quid dicam, quam leuissi-  
mis de causis censoriam inurere notam  
consueuerunt? Nimiris corpulentis militi-  
bus, unguentoq; nitidis, equis ademptis,

ignominia' que notatis, exercitu dimise-  
re. Equiti Romano nimiū compto, splen-  
didoq; equum strigosum, ut uix hæreret  
pellis ossibus, habenti, cum obequitan-  
tes urbem césores uenissent obuiam, per  
contantibus, ut quid ipse tam ruber &  
comptus, equus tam macilentus, & squa-  
lore obsitus esset. Hic eques Romanus:  
quoniam, inquit, ipse me curo, equum  
vero Statius meus seruus. Visum est id  
parum reuerens responsum, atque ob id  
ignominia à censoribus notatus est. Ciue  
Romanum qui altius oscitauisset in audi-  
torio censorum, ignominiae nota affece-  
runt. Sed cum id rescissent, non inconti-  
nentia, sed ualetudine factum esse, illico  
restituere. Cum celebrationi quorūdam  
sponsaliorū interessent, virum que, num  
uxorem ex animi sui sentētia haberet, de  
more interrogassent, ille' que ex parenti-  
bus, non autem ex animi sui sententia se  
habere responderet, cuestigio labe igno-  
miniae conuulsus est. Magnopere enim  
ab eorum maiestate alienū esse rati sunt,

quod in conspectu censoriae severitatis,  
leuiculus homo adeò ridicule fuisset  
cachinnat<sup>o</sup>. Multa in hoc genere dici pos-  
sent, sed omittenda sunt. Illud autem nō  
est prætermittendum, quod altero ex cen-  
soribus morte subducto, alterum in de-  
mortui locum suffici religio fuit. Itaq;  
reliquum abdicari se magistratu, ut duo  
de integro censores crearentur, institu-  
tum est. Id enim huic obseruationi cau-  
sam dedit, quod eo anno, quo Galli Ro-  
mam ceperunt, altero ex censoribus mor-  
tuο, alter quidem in demortui loco fue-  
rit substitutus. Omen ergo uisum est, &  
pro lege perpetuo, ne id amplius fieret,  
obseruatum est, censores uero cum præ-  
terquam ex patribus creari aliquando ne-  
fas fuerit, id quoque, ut cætera, immuta-  
tum est, atq; indifferenter fieri cœptum.  
Illud etiam censoribus negocium datum  
est, ne in foenore modus excederetur.

## IN CAPVT XVII.

**P**Opulus incensus mansisset! incensus, id est, non  
census, Est autem censere populum, estimare  
i      iiiij

et recensere singulorum ciuium facultates. Hinc census, est illa rerum bonorumque estimatio, secundum quam tributa penduntur.

Neque esset lustrum aliquod de mo. c.) Censores quinto quoque anno urbem sacrificijs lustrabant, id est, expiabant, seu purgabant. Id fiebat sue, ove, taurō cæsis, teste Liuius libro secundo. Idque est condere lustrum.

Arbitrium formulæque etc.) Liuius habet: Cui arbitrium formulæ censendi subiiceretur. Est autem formula modus seu ritus. ut si dicas, Haec est formula consecrandi templo, baptizandi pueros etc.

Quod tandem tempus ob censorum) Locus erat depravatissimus. sic habebat: Quod tandem tempus ob censorum insolentiam immutatum est, ad annumque redactum, A Mamertio Aemylio dictatore, iulio Virgilio, M. Appio consulibus. Sed Liuius libro quarto ab urbe condita, scribit Mamercum Aemilium dictatorem tulisse legem, ne plus quam annua ac semestris censura esset: idque factum esse Caio Iulio iterum, Lucio Virginio tertium consulibus. Quare ego apud Fenestellam sic legendum ceseo: Quod tandem tempus ob censorum insolentiam immutatum est, ad annumque et semestre redactum a Mamerto Aemilio dictatore, Lucio Virginio, Caio Iulio consulibus.

Ut fecisse fertur Caius Fabricius) Historia est

apud Valerium Maximum libro 2. cap. 4. & Aulū Gellium lib. 4. cap. 8.

Marcus autem Cato cēsor) De Catone est apud Titum Liuum de bello Macedonico. item apud Valerium Maximum libro 2. cap. 4. & apud Ciceronem in Catone maiore de senectute. Illud obiter notandum, hūc qui senatu à Catone motus est, apud Valerium et Liuum, Lucium Flaminium dici, apud Ciceronem uero Caium Flaminium. Fratri eius Ti to Flaminio nomen erat: qui aliquando totam Græciam subegerat, & iussu senatus populi q; Romani, liberam fecerat: & Philippo Macedonum regi magna regni partem ademerat.

Obtinebat enim proconsulari imperio) Cicero cum consulem tum in Gallia fuisse scribit. Idem in nuere uidetur Valerius.

Nimis corpulentis militibus) Sufpicor legendum esse, Nimis corpulentos milites, unguentōque nitidos, equis ademptis, ignominiaque notatos, exercitu dimisere. Alioqui enim non uidetur oratio Latina. Nisi quis contendat, subintelligendum esse accusatiū, eos: quod quale sit, iudicent Latinè docti. Extat super eadem re caput apud Aulum Gellium libro 7. ordine postremum.

Equiti Romano nimium compto) Refertur ex Sabino Massurio apud Aulum Gellium libro quarto, capite XX.

virumq; num uxorem ex animi sui sententia hu-  
beret, de more interrogassent, illeq; ex parentibus  
&c.) Gellius scribit eum respondisse: Habeo equidē  
uxorem, sed non hercle ex animi tui sententia.

De triumuiris coloniae deducēdæ.

Cap. xviiij.

**A** Ricini atq; Ardeates, cum de am-  
biguo agro s̄epe bello certassent,  
multis inuicem cladibus fessi, populū tan-  
dem Romanū ea de re iudicem cōstituē-  
Liu⁹ h̄c tradidit sub finem lib. 3. re. Cum ergo utriusque ciuitatis legati  
oratum causam uenissent, concilio popu-  
li à magistratibus dato, magna contenti-  
one actū est. Iam' que editis testibus cum  
tribus uocari & populum inire suffragi-  
um oporteret, consurgit Publius Sca-  
ptius de plebe, magno natu. Et, si licet, in  
quit, consules de republica dicere, errare  
ego populum in hac causa nō patiar. Sed  
cum quasi uanum & delirum reñcerent  
consules, audiendum' que prorsus nega-  
rent, pergentem uociferare publicam  
causam prodi, per lictorem submouere  
iusserunt, Hic ille tribunos appellat; ad

eos admissus, tertium & nonagesimum  
 se annum agere inquit, eum agrum, de  
 quo duo populi ambigant, tenere memo  
 ria fixum, neutrius populi, sed Coriola  
 norum fuisse, atque eo se tempore milis  
 tasse, captis Coriolanis, quo is ager iure  
 belli populi Rom. factus esset, proinde se  
 magnopere suadere populo, ne inutili pu  
 dore causam suam damnaret. Mouit non  
 tam hominis autoritas, quam commodi  
 tas usus que agri: tantum que tribunitia  
 potestas ualuit ei, ut cum hac de re latum  
 esset ad populum, lex de agro populo  
 Romano adiudicando promulgaretur.  
 Id sane factum maxime de honestauit ma  
 iestatem populi Rotmani, multum que  
 apud finitimas ciuitates infamiae dedeco  
 ris que contraxit. Quamobrem, cum id  
 ægre ferrent patres, ac non multo post  
 iudicium de Ardeatibus egregie auxi  
 lio illis aduersus Volscos allato meriti  
 essent, cum tam infamem iudicij notam,  
 prorsus ex animis delere cuperent, sena  
 tus consultum fecerunt, ut quoniam ciui-

Hæc habé  
 tur apud  
 Liviū li. 4

tas Ardeatium intestino tumultu ad paucos redacta uideretur, coloni eò præsidij causa aduersus Volscos scriberentur. Id cum latum ad populū esset, placuisseq; multo plures Rutulos quam Romanos colonos ascribendos, priusq; is ager, qui infami iudicio interceptus erat, quam alterius agri gleba assignaretur ulla alicui, diuideretur omnibus Rutulis, eo tādem pacto ad Ardeates reuersus est. Triumuiros igitur deducendæ coloniæ creant, Agrippam Menenium, Titum Cloelium Siculum, & Marcum Ebutium Heluam. Nec abnuerim hunc magistratum alias à maioribus Romæ creari potuisse. Cæterum ab insigniori ratione, & ingenti populi Romani potestate exordiri non permisit. Pertinebat uero ad huius magistratus officium, ut & agros nouis colonis diuiderent, urbes designarent, ædificare uolentibus areas partirentur, commodis regionibus ciuitatē distinguerent, legibus \*magistratibus sisterent, & ad specie optimi tabernaculi rempublicā effingerent.

## IN CAPVT XVIII.

**T**o quum latum ad populum esset) Locus erat insigne  
gniter deprauatus. Ego ex libro quarto ab ur-  
be condit. Liuij colligo sic esse legendum: Id quum  
latent ad populum esset, placuisse et que multo plures  
Rutulos quam Romanos colonos ascribendos, pri-  
usque is ager, qui infami iudicio interceptus erat,  
quam alterius gleba assignaretur ulla alicui, diu-  
ideretur omnibus Rutulis, eo tandem pacto ad Ar-  
deates reuersus est. Quod si quis requirat Liuij uer-  
ba, ea non grauabor ascribere. Hoc palam, inquit,  
relatum in tabulas, ut plebem tribunosque falleret  
iudicij rescindendi consilium initum. Consenserant  
autem, ut multo maiore parte colonorum, quam Ro-  
manorum scripta, nec ager ullus diuidetur, nisi  
is qui interceptus iudicio infami erat: nec ulli pri-  
us Romano ibi, quam omnibus Rutulis diuisus es-  
set, gleba ulla agri assignaretur. Sic ager ad Arde-  
ates rediit.

Nec abnuerim hunc magistratum &c.) Certum  
est, ante hos, creatos fuisse Titum Quintium, Au-  
lum Virginium, Publum Furium: qui Antium colo-  
niam deducerent, autore Liui in principio libri 3.

## De prætoribus. Cap. xix.

**C**Vm crebris ac diuturnis certaminib-  
us, uicti tandem a plebe patres, ex

consulibus alterum ex plebe creandum concessissent, id sibi uoluntate plebis pro aperto ad consulatum aditu arrogauere, ut unicus magistratus crearetur ex patribus, is' que à præessendo prætor appellatur, qui tandem, eo quod inter urbanos ius diceret, urbanus appellatus est. Penes hunc uero magistratum adeò omnis publici priuaticę iuris potestas fuit, ut nō uum ius condere, & uetera abrogare facultas esset. Tātum uero postmodum aucta est, prætoris autoritas, ut quod prætor ipse dixisset, ob ipsius honorem ius honorarium uocaretur. Prætori regia insignia, consularesq; ferme apparatus, lictores uero non amplius sex, sella curulis, & trabea, cætera q; huiusmodi tradita sunt. Ac quanuis sex nō siero lictoribus uti concessum prætoribus esset, Paulo quidem Aemilio prætori in Iberiam contendenti (ut ait Plutarch<sup>2</sup>) duodecim adhibitos lictores comperi. Equis albis, trabea candida utebat prætor, Niuei ad frena Quirites subministrabat, ut ait Iuuenalis. De

Ius hono-  
rarium.

Plutar. in  
vita Pauli  
Aemilii.

mum cum undique peregrinorum multitudo in urbem conflueret, neque unus prætor turbæ causarum sufficere posset, alter prætor creatus est: qui, quoniam inter peregrinos cognoscet, peregrinus *Peregrin* appellatus est. Crescente uero imperio, *prætor*, tantum postmodum amplificatus est numerus, ut decē & octo prætores aliquando in urbe ius dicerent. Et quia magistratus uespertinis temporibus in publico esse inconueniens erat, quinque viri constituti sunt citra Tiberim & ultra Tiberim, qui possint promagistratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, itē Hispania, deinde Narbonensi prouincia, tandem prætores quo prouincia: in dictum uenerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim q̄ prouincialib⁹ præ essent. Deinde Cornelius Sylla questiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicarijs, ac prætores quatuor adiecit. C. Iuli⁹ Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præcessent, & à Cerere Cereales, cōstituit, Itaq; duos

decim prætores, sex èdiles sunt creati. De  
inde diuus Augustus sedecim ptores cō-  
stituit. Post diuus Claudio duos adiecit  
prætores, q de fidei cōmissis ius diceret,  
ex qbus unū diuus Titus detraxit, & adie-  
cit unū diuus Nerua, q inter fiscū, & pri-  
uatos ius diceret. Ita octodecim prætores  
in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia, quoti-  
es Romæ sunt magistratus, obseruantur:  
quoties aut pfecti scuntur, unus relinqu-  
tur, q ius dicat, isq; uocatur pfectus ur-  
**Pfectus** bis, q pfectus ita olim constituebatur.  
urbis. Postea uero alias Latinarū feriarū causa  
**Latinarū** feriarum introductus est, q quotānis uacātibus cæ-  
**pfectus** teris magistratib' creari instituit. Quib'  
omib' plurimi ingruentib' bellorum  
ufus exegissent, eorundē administratio-  
nes mādari cōsueuere, excepto pfecto  
urbis, in ciuitate remanente.

## IN CAPVT XIX.

**I**sq; à pfectendo prætor appellaretur) Veteres  
omnem magistratum cui exercitus pareret, præ-  
torē appellauerūt, autore Asconio Pædiano, q pfecto  
iret exercitui, ut inq; Varro.

Qui possint promagistratus fungi) Promagistratus dixit, quemadmodum dicimus proconsul, proprietor &c.)

### De quinque uiris mensariis.

#### Caput XX.

**C**VM improbitate sœnatorū plebs Roman. magnitudine aeris alieni penè obruta esse uideretur, ei' que difficultati principes plebis succurrentum saepe numero tentassent, inclinati tandem ad concordiam omnium animis, qui tum consules erant, funebrem quoque rem, quæ distinere unanimos uidebatur, leuare aggressi, solutionem aeris alieni in publicam curam uerterunt. Quinque ergo uiri creati sunt, quos à dispensatione pecuniae, mensarios appellant, qui insigni aequitate diligentia' que meriti sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. Hi ergo fuerunt Caius Duellius, Publius Decius Mus, Marcus Papyrius, Quintus Publius, Ti-

Succurre  
dū, & suc  
currere.

Mensarii q

tus Aemilius; qui rem difficultam trahat, & plerunque parti utrique, semper certe alteri grauem, tum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam iactura sustinuerunt. Tarda enim nomina, & impeditiora inertia debitorum, quam facultatibus, aut ærarium mensis cum ære in foro positis dissoluit, ut populo prius caueretur; aut æstimatio æquis rerum precijs liberauit, ut non modo sine iniuria, sed etiam sine querimonij partis utriusque, exhausta uis ingens aeris alieni sit.

## IN CAPVT XX.

**T**arda enim nomina & impeditiora) Nomina, autore Budæo, pro debitoribus ponuntur, uel pro syngraphis creditarum pecuniarum. Unde proverbiali figura dixit Columella libro primo, capite septimo. Nec rursus in totum remittendum, quoniam uel optima nomina non appellando fieri mala fœnector Alphius dixisse ucriissime fertur. Id est, quanvis locupletes habeas debitores, tamen si diu iudicium ipsis non dictaueris, usurasq; non petieris, mala tandem fieri: id est, ipsos tandem non

soluendo tanto æri alieno fieri: sicq; inanem tandem  
persecutionem, et nomina ipsa cassa factum iri. Hæc  
Budeus.

## De triumviris reipublicæ constituendæ;

### Caput xxii.

**S**I triumviratus reipublicæ constituta-  
enda originem quæris, ante ipsum  
quem Cæsar Augustus cum Antonio &  
Marco Lepido gessit, alter nullus apud  
Romanos prodisse memoratur. Ego au-  
tem de ipso nusquam præterea offendis-  
se memini. Vtrum potestatibus annume-  
randum censuerim, haud satis scio; quip-  
pe quod eas potestates quas iniussu, præ-  
ter que senatus autoritatem quisque non  
dicam sortitus fuerit, sed per libidinem  
dominandi arripuerit, tyrannides potius  
quam potestates seu magistratus appell-  
landos duxerim. Vt cunque se res habeat,  
illud facile animaduerti potest, Iulio Cæ-  
sare in senatu ab ihs qui cum Bruto &  
Cassio erat, occiso, mox Antonium, cum Antonii  
studia omnia ad componendam rempu-  
tyrannis,

blicam contulisse uideretur, principetti ciuitatis euasisse. Confestim uero domini libidine, electum Ciceronem, Brutum cæterosque qui factioni eius aduersabantur, urbe excedere coegisse. Octavianus autem, qui testamento Cæsaris haeres scriptus fuerat, ex Asia reuerso, Ciceron ac cæteri qui eius factioni obtrabant, ad Octavianus potentiam confugerunt, ex quo factum est, ut Antonius urbe migrare adactus, hostis a senatu iudicaretur; ad quem opprimendum Hircius & Pansa consules missi, Augustus que cum fascibus, Antonium apud Mutinam adepti fuerunt, fugaueruntq. Desperatis ergo rebus, Antonius supplex ad Marcum Lepidum confugit: cuius potentia fretus, Octavianum, qui æquè animum ad dominationem intenderat, ad foedus societatemque pellexit, illam uidelicet societatem, qua homicidij in permutacionem uenisse dicuntur. Inter quos ad cædem destinatos, Cæsar Ciceronē pro Lu-

cio Cæsare auunculo Marci Antonij, eiusdem concessit. Igitur tyrannidem prætextu pio magistratus palliare pergentes, sese triumuiros reipublicæ cōstituendæ appellauere, quorum nutui & auspicijs omnis respublica niteretur. Cæterum eorum animos, quorsum inclinarent, mox ipse euentus rerum ostendit, omnes diuinias humanas' que res commiscens. Omnibus enim intra se opibus consumptis, ad extremum unus Cæsar potitus est, qui & ipse omnibus cæteris superstes, ipsum de quo loquor, triumuiratum annos circa decem (ut Suetonius Tranquillus refert) obtinuit.

## IN CAPVT XXI.

**H**OC caput tolerabiliter habebat, excepta una aut altera dictione. Alicubi etiam suo more locutus est scriptor: sed mihi non erat proposatum ea excutere.

De præfecto prætorio.

**Q**Vales apud reges tribuni celerum  
k iii

Trässcri-  
pta ex pā-  
dictis de  
off. præf.  
præt. equitum, siue apud dictatores magistri  
equitum, tales demū fuere præfecti præ-  
torio apud Cæsares. Nam cum secundas

post Cæsarem partes gestarēt, præessent  
que disciplinæ publicæ emendandæ, ad-  
eo à paruis orta principijs creuit autoris-  
tas, ut quum aliquo tempore à præfectis  
prætorijs prouocare liceret, extarent q̄  
exempla maiorum, quo pacto ab ijs pro-  
uocassent, lecta postmodum principis sen-  
tentia, à præfecto prætorio prouocatio  
sublata est. Credidit enim princeps eos  
qui ob singularem industriam, fide illo-  
rum atque integritate explorata, ad hui-  
us potestatis amplitudinem adhiberen-  
tur, non aliter pro sapientia ac splendo-  
re dignitatis suæ, quam eundem, fore iu-  
dicaturos. Alio etiam priuilegio huius-  
modi potestas subnixa est, ne ab eorum  
sententijs minores ætate (ut ab aliorum  
magistratum) restitui possent.

**N** IN CAPVT xxij.  
E ab eorum sententijs minores) In Pandectis

Ita scriptum est: Ne à sententijs eorū minores etate ab alijs magistratibus, nisi ab ipsis præfectis prætorio, restitui possint.

## De quibusdam minoribus magistratum speciebus,

### Cap. xxij.

**A**literam magistrat⁹ speciem in urbe Roma ius aliquando dixisse reperi. Nam cum bellorum munera, cæteris magistratibus non sufficientibus, ad prætorem deferrentur, quorū munus ad ministratio iuris præcipuum fuit, creati decemviri sunt, qui ius in urbe dicerent, prætorum que partes eo tempore gererent, litium iudicandarum appellati. Eo tempore quatuorviri creati dicuntur, qui viri, viarum curam agerent: ac tres monetales, auri argenti que flatores, quorum esset diligentia, numismata auro argentoq; fabricari.

## De præfecto urbis & uigilum.

### Caput xxiiij.

k iiiij

**D**iuus Augustus salutem publicam  
nullius alterius, quam suæ diligen-  
tiae congruere existimans, coercédonum  
incendiorum causa, septem cohortes op-  
portunis urbis locis, ita ut binas urbis re-  
bis regiones unaquæque cohors præsidio  
tutaretur, tribunis, & super omnes clas-  
sissimo uiro præfecto uigilum, præposi-  
tis. Et licet apud veteres Romanos tri-  
umuiris nocturnis, ædilibus, tribunis quæ  
id negochi quandoque esset assignatum,  
pluribus eodem die exortis incédijs, qui  
bus accurrere, satis que facere non posse  
eos appareret, creare præfectum uigilū  
**Augustus Cæsar** in animum induxit. De  
incéforibus ergo, effractoribus, furibus,  
raptoribus apud præfectum uigilum co-  
gnitio est, nisi si quæ tam atrox, tam fa-  
mosa persona sit, ut ad præfectum urbi  
remittenda uideatur. Et quoniam incen-  
dia plerunque culpa exoriuntur inhabi-  
tantium, aut fustibus castigat eos, qui ne-  
gligentius ignem habuerunt, aut secura

obiurgatione comminatus, fustium ca-  
stigationem remittit. Cum effracturæ in  
horreis (ut plerunque fit) insulis' q̄, ubi  
preciosarum rerum suarum partes, pa-  
tres familiarum seruant, apparuerint, si  
quando cella uel armarium effringatur,  
effractorum sæpe, nonnunquam etiam  
custodum quæstiones apud hunc magi-  
stratum exercentur. Et ita diuus \*Augu-  
stus Eritio Claro præfector rescripsit: In pande-  
ctis est: \*  
Ait enim, effractis horreis de ea re ad il-  
lum ipsum pertinere. Sciendum autem,  
præfectum uigilum ad plurimam noctē  
uigilare oportere, oberrare' que calcea-  
tum cum hamis & dolabris, curam' que  
agere omnes inquilinos admonendi, ne  
per eorum negligentiam, incendiorum  
casus exoriantur. Quin etiam ut inquilí-  
nus quisque aquam in cœnaculo habeat,  
qua, igneo terrore ingruente, præsto oc-  
currere posse censeatur. Aduersus capsa-  
rios autem, qui mercede seruanda in bals-  
neis uestimenta suscipiunt, iudex quoq;  
k v

constitutus est, ut si quod in seruandis uestimentis admissum fuerit, ipse idem de quo loquor, magistratus quæstionem exercebit.

### IN CAPVT XXIII.

**A**Duersus capsarios) Quid sit capsa, diximus supra de sacerdotijs cap. V. Inde capsarius, qui mercedis gratia seruanda in balneis uestimenta suscipit, custos capsarum.

De duuumiiris classis restituendæ, & quibusdā paruīs magistratibus.

### Caput xxv.

**D**Vumuiriōs classi restituendæ, ut pote haud magni momenti magistratum, omis̄surus uidebar, nisi quod Liuio placet, minime prætererūdum uisum. An no enim quo Appi⁹ Claudius, is cui postea Cæco cognomentum fuit, censuram ges̄s̄it, M. Valerio & P. Decio cōsulibus, duo imperia(ut ait Liuius) dari per populum cœpta sunt, utraque ad rempublicam pertinentia: unum, ut tribuni militū senideni in quatuor legiōes à populo cre-

arentur, quæ ante perquā paucis populi suffragio relictis locis, consulū & dicta torū serme fuerat beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plebeij L. Attilius, & C. Martius. Alterū imperiū fuit, ut du umuīros nauales classis ordinandæ, refici endæq; causa idē populus iuberet. Tulit hoc plebiscitū M. Decius tribun⁹ plebis. Haud multo tēpore post huiusmodi rogationes tristūriti nocturni creati sunt, q  
bus (ut existimatione deducor) \*ut diffis Deest, \*cu  
cili bellorū & ciuiliū seditionū tempore rae datum  
mūris custodiæ per milites stationarios est, aut si  
mitterent. Id etiā eorū curæ iniunctum  
est, ut & nocturnas seditiones à ciuib⁹ ar  
cerent, & quies urbi cōseruaretur. Huius  
sanē partes magistratus in officiū præfe  
cti uigilum demū traductæ sunt. Enim  
vero horū magistratuū nomina rem fer  
me ipsam, cui addicti essent, facile ostend  
unt. Necq; Liuius ipse rei autor, hac in te  
mplius uerborum facit, apud alios uero  
nulla prorsus mentio fit.

## De procuratore Cæsaris.

## Caput xxvi.


**V**ltimum est, ut de procuratore Cæfaris (is enim est inter Cæsarem & Romanum populum cōstitutus iudex) pauca uideamus. Quanquam principalem celitudinem, à qua legum, senatus, consiliorum, magistratum' que omnium origo manat, moribus introductum sit, legum imperio, cui præest, non esse suppositam. Cæterum quoniam maiorem se, à quo ius inter priuatum ac rem publicam decernatur, impossibile inuentu fit, ipsum' que principem in propria causa iudicare, haud sane æquum esse videatur, magistrum creari placuit, cui inter se priuatas' que personas competens quidem esset iurisdictio, qui sane est appellatus procurator Cæsaris. Huic magistrati principalis totius rei licentia commissa est, ita ut quicquid ab eo negotiorum imperialium gestum est, perinde habeatur ratum, ac si ab ipso Cæsare fuerit

pertractatum. Sed si rem eius quasi pro  
priam procurator tradat, non putant eū  
dominium transferre. Tunc uero trans-  
fert, cum negocium gerens Cæsar is, ip-  
sius consensu tradit. Deniq; si donationis,  
uenditionis, trāsactionis causa quid agat,  
nihil agitur. Non enim alienare rem Cæ-  
sar is, sed diligenter negotia Cæsar is ob-  
ire, procuratori Cæsar is iniunctum est.  
Id uero in primis pcuratori huic de quo  
agimus, adscriptum est, quod seruum Cæ-  
sar is hæredem institutum, adire hæredi-  
tatem iubet, & ea hæreditas imperatori  
acquiritur. Quin si Cæsar ipse hæres in-  
stituatur, si se procurator opulentæ hæ-  
reditati misceat, hæredem Cæsarem fa-  
cit. Quod si ea bona, ex quibus princeps  
hæres institutus est, soluendo non sunt,  
consulendum erit imperatori, ne quid-  
quam inde detrimenti patiatur. Hære-  
dis enim instituti in adeundis repudian-  
dis ue hæreditatibus, congruo tempore  
explorari uoluntas debuit. Deportandi


Præses,

huic magistratui facultas permissa non  
est. Sed de procuratore Cæsaris, cæte-  
ris que omnibus Romanis potestati-  
bus, quæ à principio urbis condi-  
tæ, usque ad Augusti Cæsaris  
tempora factæ tractatae que  
sunt, satis ad plenum dixi  
mus. Præsidis nomen  
gniale est, eo q̄ &  
procōsules, &  
legati Cæ-  
saris,  
&  
omnes  
prouincias  
regentes, licet  
senatores sint, præsides appellatur.

Coloniae ex officina Eucharii Ceruicorni,  
anno Christi nati M. D. XXXIX.



Joannis Remagonis in loco f. A:1542  
infor.../ me possidit f...  
Joannis Remagonis me possidit anno 1542  
Joannes ist  
Johannes Harderius  
Christianus Kraemer  
Hermannus Koeijl  
Hermannus Holt  
Hermannus Althaus  
Hermannus Wallen



OEN 680 92146

